CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM VINDOBONENSIS.

VOL. LXVIII:

S. GAVDENTII TRACTATVS.

RECENSVIT

AMBROSIVS GLVECK.

Verlag der
Österreichischen Akademie
der Wissenschaften

ÖAW

VINDOBONAE.
HOELDER-PICHLER-
TEMPSKY A. G.

LIPSIAE.
AKADEMISCHE VERLAGS-
GESELLSCHAFT M. B. H.

MCMXXXVI.

S. GAVDENTII EPISCOPI BRIXIENSIS TRACTATVS.

AD FIDEM CODICVM

RECENSVIT

AMBROSIVS GLVECK.

Verlag der
Österreichischen Akademie
der Wissenschaften

ÖAW

VINDOBONAE.
HOELDER-PICHLER-
TEMPSKY A. G.

LIPSIAE.
AKADEMISCHE VERLAGS-
GESELLSCHAFT M. B. H.

MCMXXXVI.

OMNIA IVRA RESERVATA.

Nr. 11.958.

Vindobonae.
Ex universitatis Vindobonensis officina typographica
Adolphi Holzhausen Successorum.

PROLEGOMENA.

Ante hos quadraginta annos professor, deinde rector gymnasii Antonius Polaschek ab academia Vindobonensi curam Gaudentii edendi suscepit. Sed aliis occupatus negotiis editionem imperfectam reliquit, cum aestate anni 1912. e vita cederet. Egomet, cum anno 1926. mortui partes recepissem, intellexi laborem ab integro fere esse suscipiendum; itaque codices manu scriptos, imprimis Remensem et Parisinum *B*, quos vir ille doctus iam contulerat, denuo inspexi et alia, quae collegerat, diligenter examinavi. Meo igitur periculo novam Gaudentii recensionem daturus sum.

I. VITA S. GAVDENTII.[1])

Gaudentius Filastrio successit in cathedra episcopali urbis Brixiae, quae hodie est Brescia. Ipse doctoris et decessoris sui meminit in Praefatione, quam ad Benivolum scripsit, § 4: *ut imbutum te admirabilibus doctrinis apostolici per omnia viri patris nostri Filastrii tantae constantiae testimonio approbares* et in Tr. XXI., qui inscribitur: *Sermo b. Gaudentii De vita et obitu b. Filastrii episcopi, praedecessoris sui,* § 10 haec profert: *Ego autem minima eius pars omnibus votis exopto, ut agrum bene a patre consitum et non*

[1]) Codici Bernensi 121 adiectae sunt schedae — quaternio, cuius folium ultimum vacuum est, — in quibus exstat *Vita s. Gaudentii episcopi*, quae ita incipit: *Beatus igitur Gaudentius, Yporediensis* (recte: *Eboregiensis*) *urbis regionis Hesperiae, quae vicina Alpium Europae finis* (corrige: *finibus*) *proxima sita cognoscitur, nobili genere civium poene primoribus ortus fuit. Sed intra Ausoniam urbis Novariae postmodum egregius pastor emicuit ibique viginti annos cathedram sacerdotalem tenuit.* Haec vita a Bongarsio, cuius nomen in margine primae paginae adscriptum legitur, ex aliquo codice vel e vitis sanctorum excerpta non ad Brixiensem, sed ad Novariensem spectat Gaudentium, qui anno 417. obiit. Vide *Acta S.* Ianuarii II. 417–421, Antverpiae 1643 (22. Ian.).

satis idonea successione susceptum quoquo modo tueri praevaleam. Etiam in sermone die ordinationis habito Tr. XVI 8 decessorem commemorat, cum dicit: *post illam venerandae memoriae patris mei Filastrii eruditissimam vocem.* Quibus ex verbis facile colligi potest Gaudentium clericum Brixiensem fuisse. Fuit autem octavus Brixiae episcopus. Nam in vetere carmine Sapphico pentametro ad Filastrii laudem composito,[2]) quod post Ramperti de Filastrii translatione sermonem exstat in codice Brixiano *A I 8* fol. 162 α—163 α, Gaudentii decessor septimus sedis Brixianae praesul dicitur. Nonus autem Brixiae episcopus est ipse Gaudentius, si adnumeratur Anathalon, ut in eodem cod. Brix. *A I 8* fol. 153 δ factum est: *Primus episcopus Brixiensis fuit Anathalon Mediolanensis archiepiscopus,*[3]) *II. Clateus, III. Viator, IV. Latinus, V. Apollonius, VI. Ursicinus, VII. Faustinus, VIII. Filastrius.*[4]) Atque electus est Gaudentius vivo adhuc Ambrosio Mediolanensi, qui auctoritate sua impulit invitum, ut voluntati Brixiensium morem gereret et onus officii episcopalis susciperet. Qua de re ab ipso Gaudentio edocemur Tr. XVI 2 sq. Ex eodem loco discimus eum absentem creatum esse episcopum: *Ambrosius ceterique venerandi antistites sacramento, quo temere vos ipsos obligastis, adstricti tales ad me epistulas cum vestra* (Brixiensium) *legatione miserunt, ut sine damno animae meae ultra iam resistere non valerem, cui ab Orientalibus quoque episcopis, nisi meum ad vos reditum pollicerer, salutaris communio negaretur.* Gaudentius enim religionis causa in Orientem profectus erat,[5]) sicut illis temporibus fecerunt Rufinus, Hieronymus, Aetheria, Silvia, multi alii. De qua peregrinatione scribit Tr. XVII 14 sq.: *Iam quid . . . de XL martyribus dignum loquar, qui se itineri meo, cum per urbes*

[2]) Cf. Savio[2] 129 sqq. 131 sq. 146 sq.

[3]) Tunc dioecesis Brixiana nondum separata erat.

[4]) Cf. Savio[2] 131.

[5]) Post mortem Basilii († 379), ut ex Tr. XVII 17 patet; Gaudentium anno circiter 385. in Palaestinam isse putant Brunati p. 289. 308 et Gaggia[2] p. 311.

Cappadociae Hierosolymam pergerem, fidos comites praebere dignati sunt? In ipsa enim maxima Cappadociae civitate, quae appellatur Caesarea, ubi habent iidem beatissimi insigne martyrium, repperimus quasdam dei famulas ... Quibus ab avunculo suo summo sacerdote ac beato confessore Basilio olim traditae fuerant horum martyrum venerandae reliquiae ... Gaudentium in eo itinere praeter alios viros ecclesiasticos Iohannem Chrysostomum vidisse veri simile est.[6]) Itaque Gaudentius cum pretiosis martyrum reliquiis[7]) reversus episcopatui vix maturus aetate (cf. Tr. XVI 3) episcopus Brixiae consecratus est ante annum 397., quo mortuus est Ambrosius. Novus autem episcopus doctrinae et eloquentiae gloria adeo floruit, ut sermones eius a notariis exciperentur et divulgarentur. Inter auditores Gaudentii etiam Benivolus erat, qui munere magistri memoriae functus erat apud Valentinianum II. (383—392). Huic viro nobilissimo Tractatuum, quos habemus Gaudentii, maiorem numerum debemus. Aliud quoque factum memoriae proditum est, ex quo quantam episcopus Brixiae inter Italiae episcopos habuerit auctoritatem, elucet. Nam postquam anno 403. Iohannes Chrysostomus a sede episcopali Constantinopolitana per invidiam remotus et in exsilium missus est, iussu imperatoris Honorii I. (395—423) et mandato concilii Romani sub Innocentio I. convocati quinque Italiae episcopi et ecclesiae Romanae duo presbyteri et diaconus anno 406. cum litteris Constantinopolim legati venerunt, ut ab Arcadio, Honorii fratre, et ab episcopis Orientalibus Chrysostomi restitutionem impetrarent[8]); unus ex his legatis fuit Gaudentius Brixiensis.[9]) Sed hoc inceptum malum habuit exitum. Nam neque

[6]) Cf. Brunati 289. 308 sq.; Gaggia[2] 311. — Jülicher (Pauly-Wissowa, *Real-Enz.* VII 860) e Chrysostomi Epistula 184. concludit Gaudentium cum patre Graeco consuetudinem iunxisse.

[7]) Cf. Tr. XVII 3 sqq.; Brunati 308.

[8]) Cf. Palladii *Dialogum historicum de vita et conversatione b. Iohannis Chrysost.* c. 3 (Migne P. Gr. XLVII 14 sq.).

[9]) Cf. Palladium l. l. c. 4 (Migne, ib. 15.)

concilium, in quo causa Chrysostomi ageretur et pax ecclesiae restitueretur, convocatum est et legati Romani post acerbissimas vexationes a Graecis acceptas infectis rebus in Italiam remissi sunt. Habemus etiam quinque Chrysostomi *Epistulas* (156—160), quibus episcopis Latinis pro legatione suscepta gratias agit eosque laudibus effert. Quarum epistularum quae Gaudentio nostro destinata sit, vix discerni potest.[10]) Sed certe Iohannis *Epistula* 184, quae inscribitur Γαυδεντίῳ ἐπισκόπῳ Βριξης,[11]) eidem scriptori missa est, quamquam, quo tempore composita sit, non satis constat.[12]) Rufinum quoque Aquileiensem episcopo Brixiano amicissimum fuisse ex eo cognoscitur, quod eum in peroratione *Commentarii Epistulae Pauli ad Romanos* ex Origenis textu in linguam Latinam translati laudavit eique *Recognitiones Clementinas,* quas instante Gaudentio Latine verterat, dedicavit.[13]) Atque Ambrosius quanti episcopum Brixiensem aestimaverit, et ex electione Gaudentii intellegitur et ex eo, quod Tract. XX. de Petro et Paulo Mediolani est habitus.[14]) Praeterea inter Gaudentii amicos numerandi sunt Chromatius, episcopus Aquileiensis, Simplicianus, quem primum Novarae episcopum consecravit a. 397. aut 398.,[15]) Niceta Remesianensis, qui episcopi Brixiensis sermones passim imitatus est.[16]) Plura de Gaudentii vita disputare meum non est.

---

[10]) P. Galeardo (p. 192 = Migne, P. L. XX 804 sq.) probabile esse videtur Epistulam 160, quae inscribitur Ἐπισκόπῳ ἐλθόντι ἀπὸ δύσεως (Migne P. Gr. LII 705) Gaudentio esse datam.

[11]) Migne P. Gr. LII 715 sq. Vide Testimonia p. XLI sq., n. 1.

[12]) Plerique Ep. 184 ad legationem anni 406. spectare putant; Jülicher autem (l. c. 860) eam ante Romanorum legationem a Chrysostomo iam expulso scriptam esse adfirmat.

[13]) Cf. Testimonia p. XLII sq., n. 3a, 3b.

[14]) Cf. Tr. XX 1, ubi primis verbis Ambrosium metropolitam praesentem significari perspicuum est. In tractatibus episcopus Mediolanensis quinquies nominatur (vide Indicem II.).

[15]) Cf. Savio[1] 246 sq.

[16]) Cf. C. R. Norcock[1] 596 atque Norcock[2] 90 sq. et Burn, *Niceta of Remesiana*, Cantabrigiae 1905, p. 42.

Quo anno Gaudentius episcopus factus et quando mortuus sit, non satis liquet. Hoc solum pro certo affirmare possumus eum inter annos 385. et 397. electum esse — nam Filastrius post annum 385. mortem obiit[17]) et Gaudentius ante Ambrosii obitum consecratus est episcopus — et eum anno 406. adhuc in vivorum numero fuisse. Nam neque quo tempore Paulus, Gaudentii successor, episcopus factus sit,[18]) neque quo anno Rufinus *Recognitiones Clementinas* ediderit,[19]) neque quando s. Silvia Aquitana Brixiae ante Gaudentium mortua sit, nobis notum est.[20]) Sed per quattuordecim saltem annos Gaudentium ecclesiae Brixianae praefuisse ex Tr. XXI 14 colligimus, ubi episcopus die mortis Filastrii anniversario haec profert: *Nam cum multa meritorum eius praeconia quattuordecim iam per annos solemnitatis huius cultum renovans auditui vestro intulerim, plura, quae praedicari adhuc oporteat, intacta perspicio.* Ceteri loci, quibus Gaudentius res eo tempore gestas significat vel tangit, sequentur in Cap. II. Memoria autem s. Gaudentii celebratur a. d. VIII.

---

[17]) Cf. Marx, Filastrii edit. p. XIII.

[18]) Paulus idem videtur esse, cui Gaudentius Tr. XIX. misit allocutus eum § 1: *Paule frater, carnis ac spiritus germanitate carissime*; unde a nonnullis frater Gaudentii germanus habetur (Cf. Savio, l.c. in Lombardia II 1, p. 156). — Circa annum 411. Paulum episcopum factum esse putat P. Gams, *Series episcoporum ecclesiae cath.*, Castris Reginis 1873, p. 779.

[19]) Rufinus († 410) Commentarium Epistulae ad Romanos Latinum confecit inter annos 402.—407/8. (cf. Schanz p. 420); post hunc Commentarium *Recognitiones Clementinas* vertit, quas iam in eiusdem Commentarii peroratione indicaverat.

[20]) S. Silvia quaenam fuerit, satis difficilis est quaestio. Rufinus in Praefatione *Recognitionum Clement.* de ea: *Opus*, inquit, *quod olim venerandae memoriae virgo Silvia iniunxerat, ut Clementem nostrae linguae redderemus et tu deinceps iure hereditario deposcebas, licet multas post moras tamen aliquando restituimus*; corpus quoque Silviae cum s. Gaudentii reliquiis sepultum est. Certe episcopo *caritate, fortasse etiam sanguine coniuncta* erat: P. Galeardus 193 (n. XIV = Migne 805 sq.). Cf. *Acta S.* Octobris XI. Bruxellis 1864, p. 597 sq.; Brunati 289—306; Savio[2] 154.

Kal. Nov. (Cf. Acta S. Oct. XI., Bruxellis 1864, p. 587—604, die 25. Oct.[21]).

Ossa sancti episcopi iacent in basilica Brixiana Concilii sanctorum, quae media aetate s. Ioannis de foris appellabatur et hodie dicitur s. Ioannis Evangelistae.[22]) Eam basilicam ipse Gaudentius consecravit exstatque eius sermo, quem die dedicationis habuit (Tr. XVII.). Sub eadem ara nunc sepultae sunt reliquiae s. Theophili, secundi post Gaudentium episcopi Brixiensis, et s. Silviae.[23])

II. DE S. GAVDENTII SCRIPTIS.

1. *Tibi quidem, papa Gaudenti, nostrorum decus insigne doctorum, tantus ingenii vigor est, immo tanta spiritus gratia, ut, si quid a te etiam cotidiani eloquii more dicitur, si quid in ecclesia declamatur, id in libris haberi et ad instructionem tradi posteris debeat* — ita Rufinus in *Praef. Recognitionum*

---

[21]) Quaecumque alia viri docti de s. Gaudentii episcopatus tempore suspicati sunt, firmis argumentis probari nequeunt. Eius episcopatum coepisse *circa annum 387.* dicit Galeardus n. IV (Migne 798) et ei adsentitur Gradonicus p. 51. Brunati autem (p. 310) et Savio[2] (p. 149. 151) post duorum fere annorum sedis vacantiam Gaudentium reversum inde ab anno 390. rexisse Brixiae ecclesiam putant. Atque mortuum eum esse — ut eos praetereamus, qui insolenti arbitrio Gaudentium circa annum 427. obiisse adfirmaverunt (cf. Galeardum p. 192 n. XIII, Migne 805) — anno 406. probat Savio[2] p. 149. 154sq. Rectius fortasse Tillemontium (cf. Galeardum p. 192, Migne 805) secuti Gradonicus (p. 61) et Brunati (p. 322) annum mortis fuisse 410. aut 411. suspicantur. Nam Rufinus paulo ante mortem Recognitiones Clementinas vertisse videtur. Cum Brunatio consentiunt I. Fessler-B. Jungmann, p. 218 et Ios. Nirschl, Handbuch der Patrologie und Patristik III 458, Mainz 1885, qui in tom. II 488—493 fuse egit de s. Gaudentio.

[22]) De huius antiquae basilicae fatis cf. Guerrini p. 7—10; Savio[2] 155. De hodierna basilica agit Guerrini p. 11sqq.

[23]) Cf. Guerrini 14sq.; Savio[2] 155. De reliquiarum translatione anno 1602. facta referunt *Acta S.* Aprilis III., Antverpiae 1675, p. 495; Brunati 322. — Imagines s. Gaudentii sculptas et pictas vide in *Brixia sacra*, II (1911) 294—297.

Clement. (cf. infra p. XLIIsq.) Gaudentii doctrinam et eloquentiam laudibus effert. Et re vera Gaudentius unus ex eloquentissimis episcopis est, quos vergente saeculo IV. ecclesia Occidentalis tulit. Qua aetate vi ingenioque oratorio inter Latinos floruerunt Ambrosius, Augustinus, Gregorius Eliberitanus, Zeno Veronensis, Niceta Remesianensis, Chromatius Aquileiensis, alii.[24]) Gaudentius autem, qua erat modestia,[25]) ut sermones quosdam ederet, a Benivolo,[26]) quem supra commemoravimus, impulsus est. Huius viri, quem *honoratorum .. urbis ita etiam dominicae plebis .. dignissimum caput* appellat (Praef. 2), studium et fidem laudat in Praefat. § 1—5. Nam Benivolus, cum Valentiniani II. magister memoriae esset, Iustinae, matri imperatoris, quae Arianis favebat,[27]) resistere ausus erat, *magis eligens privatus vivere quam mortuus militare* (Praef. 5). De eodem facto etiam Rufinus nobis refert.[28]) Itaque cum magister memoriae aegritudine prohibitus esset, ne diebus paschalibus in ecclesia Brixiana sacris interesset, Gaudentius rogatus ei sermones misit, quos paschae hebdomada in

[24]) Cf. Bardenhewer III 23.

[25]) Cf. Praef. 8; Tr. XVI 1; XX 1.

[26]) Cf. Galeardi editionem p. 190 n. IX. (Migne 801).

[27]) De turbis eo tempore Mediolani ab Arianis motis cf. Ambrosii Epist. 20 (Migne XVI 1036sqq.); Rufini *Hist. eccl.* XI 15. — Quae res gestae sunt annis 385/386; cf. M. Ihm, *Studia Ambrosiana* (*Fleckeis. Jahrb. f. klass. Philol. Suppl.* XVII 8sq., 44sq.).

[28]) *Hist. eccl.* XI 16 (Eusebius' Werke II 2 von Theod. Mommsen, Lipsiae 1908, p. 1021sq.): *Interim dictanda adversum fidem patrum imperialia decreta mandantur Benivolo tunc memoriae scriniis praesidenti. Sed ille, cui ab incunabulis sacra fides et venerabilis fuit, abnegat se impia posse verba proferre et contra deum loqui; tum vero, ne inceptum reginae frustra videretur, celsior ei honor promittitur, si impleret iniuncta. Ille, qui nobilior in fide esse quam in honoribus cuperet, „Quid mihi", ait, „pro impietatis mercede arctiorem promittis gradum? hunc ipsum, quem habeo, tollite, tantum mihi conscientia fidei duret inlaesa". Haec dicens ante pedes impia praecipientium cingulum iecit. Ambrosius vero adversum reginae furorem non se manu defensabat aut telo, sed ieiuniis continuatisque vigiliis sub altari positus per observationes defensorem sibi atque ecclesiae deum parabat.* Cf. Sozomenus, *Hist. eccl.* VII 13; Nicephorus Call. XIII 33.

basilica habuerat. Qua de re episcopus ipse in epistula vel *Praefatione ad Benivolum* sermonibus paschalibus praemissa loquitur (cf. § 1—2; 7—11). *Magnopere,* inquit (§ 7), *exegisti, ut scriberem, quid unaquaque die illius sacratissimae ebdomadis sanctae fraternitati a me expositum meminissem.* Addit autem summae verba modestiae (§ 8): *Quod plane ego mediocritatis meae conscius litteris credere non auderem, nisi tu religiosa instantia compulisses; satis est enim mihi, si instruere commissam plebem viva saltim voce sufficiam.* Et pergit: *Scribere tibi adgrediar omnino iisdem sensibus et fortasse etiam verbis, quibus me in ecclesia locutum esse reminiscor, ut loquelam meam, qualiscumque est, facile, cum legeris, recognoscas* (§ 9). Dedicationi autem huic, quae exstat in Praefationis initio (1—11), episcopus tractatum adiunxit (12—54), quo Benivolum edocet, quae sit ratio morborum et dolorum, vel ut scriptoris ipsius verba ponamus: *breviter tibi prius ostendam non semper aegritudinum plagas pro peccatorum cumulo nostris corporibus inrogari* (§ 12).

2. Sunt autem numero decem tractatus paschales (I.—X.), quos Gaudentius illa hebdomada sacra habuit in basilica Brixiensi. Quos episcopus quinque sermonibus (XI.—XV.) auxit, ut Benivolo scribit in Praef. 10: *Quattuor praeterea breviores tractatus, quos de diversis capitulis evangelii apud te olim fuisse prodidisti, et quintum de Machabaeis martyribus emendatos tibi, quoniam cogis, remittam, ut eos, si ulla utili memoria dignos arbitraris, in postrema parte schidae huius simul transcribendos adiungas.* Itaque Benivolus e Gaudentii manibus XV accepit tractatus.

Neque tamen mirandum est etiam alios sermones, quos, quod sciamus, episcopus eloquentissimus ipse non in vulgus edidit, ad hanc memoriam pervenisse. Tachygraphi enim, quos Latini notarios[29]) appellabant, ea aetate orationes clarorum eloquentia episcoporum excipere

[29]) Cf. Gauthey 59sqq.

solebant, ut de nonnullis Basilii, Iohannis Chrysostomi, Ambrosii, Augustini, aliorum contionibus comperimus.[30]) Gaudentii quoque sermones a notariis exceptos esse ab ipso audimus, cum scribit Benivolo in Praef. 11: *De illis vero tractatibus, quos notariis, ut comperi, latenter appositis procul dubio interruptos ac semiplenos otiosa quorundam studia colligere praesumpserunt, nihil ad me attinet, mea iam non sunt, quae constet praecipiti excipientium festinatione concisa. Vereor tamen, ne aliqua sub sermonis mei titulo sanae fidei inimica alieni erroris involvant.*[31]) Neque tamen fieri potuit, quin sermones a notariis excepti publicarentur. Atque e codicibus manu scriptis discimus tractatus quosdam Gaudentianos exceptos esse. Nam et in Capitulis (Tr. XI.) legimus: *Item excepti tractatus de diversis capitulis ex evangelio* et Tr. XI. habet titulum: *Incipiunt excepti tractatus de diversis capitulis, quorum primus est De paralytico.* Significantur autem Tr. XI.—XV., quos Benivolus emendatos, ut diximus, a Gaudentio accepit. Praeter hos etiam Tr. XVI. et XVII. in libris manu scriptis excepti esse indicantur.[32]) Non est, quod de fide harum inscriptionum dubitemus.

Accesserunt autem duae explanationes (Tr. XVIII. et XIX.), quibus episcopus Germinio et Paulo diacono de difficilioribus scripturae sacrae locis interrogatus respondet, illi de vilici parabola (Luc. 16, 1sqq.), huic de Christi verbo: *Quia pater maior me est* (Ioh. 14, 28). Quantopere episcopus Brixiensis in libris sacris exponendis versatus sit, ex his duabus epistulis vel maxime elucet. Explanationis autem vocabulo eas Gaudentius ipse significat in Tr. XVIII 2: *Postulasti, ut parabolam de vilico iniquitatis valde difficilem, cuius nemo nostrum tibi idoneus videretur interpres, ego scriptis*

---

[30]) Cf. Galeardum 188 n. V (Migne 798); Bardenhewer 23—25; Gauthey 61sq.

[31]) De hoc Praefationis loco disputat Gauthey 62sqq., 89sqq.

[32]) Tr. XVI.: *quem prima die ordinationis ipsius quorundam civium notarii exceperunt*; Tr. XVII.: *exceptus die dedicationis basilicae Concilii sanctorum* (cod. Remensis).

propriis explanarem. Explanationem vero ipsam litteris tradi ideo forsitan vis, ut chirographum teneas responsionis meae et Tr. XIX 19: *sequens*, inquit, *explanatio apertius declarabit, qua ex causa dicatur istud ..: Quia pater maior me est.* Qua de causa in hac nova editione tractatibus XVIII. et XIX. praescripsimus titulum: *Duae explanationes.*[33])

Sermones autem suos Gaudentium tractatus appellari voluisse cum ex optimis codicibus tum ex ipsius scriptoris verbis cognoscitur. Nam in Praef. 10 legitur: *Quattuor praeterea breviores tractatus .... et quintum ... tibi remittam* et Praef. 11: *De illis vero tractatibus, quos notariis .. latenter appositis .... otiosa quorundam studia colligere praesumpserunt, nihil ad me attinet.* Etiam Tr. IV. ita incipit: *Carnalem Iudaicae paschae observantiam ... trino iam tractatu docuimus.* In initio autem Tr. VIII. iterum dicitur: *Post illius finem tractatus, quem dilectioni vestrae intulimus usque hesternum diem ...* Cf. Tr. XI 1; XIV 1. Etiam in sermone de Petro et Paulo habito (Tr. XX 1), de quo nobis infra agendum est, haec profert Gaudentius: *Me .... compulit* (Ambrosius) *excusantem, ut iterum dilectionem vestram tractatu mei sermonis alloquerer.* Quam ob rem in hac editione s. Gaudentii sermones tractatus nominamus; item duas explanationes (XVIII., XIX.), quarum argumenta a sermonibus non abhorrent, tractatus appellare nobis liceat.

Atque Praefatio ad Benivolum et XV, quos episcopus magistro memoriae miserat, tractatus (I.—XV.) quattuor tractatibus (XVI.—XIX.) ab ipso fortasse Benivolo aucti et ita in unum corpus redacti sunt. Nam quattuor tractatuum posteriorum (XVI.—XIX.) Gaudentium esse auctorem nemo umquam negavit, qui eorum argumenta et usum dicendi cum ceteris episcopi scriptis comparaverat. Hoc corpus Gaudentianum undecim codicibus manu scriptis, qui omnes eodem ordine tractatus exhibent,[34]) nobis traditum est.

---

[33]) In codicibus utraque epistula inscribitur *Responsio.*

[34]) Cod. *B* omisit Praefationem, codicibus *I* et *L*, qui olim unum effecerunt librum, tractatus I.—VII. recto ordine continentur.

3. Attamen praeter hoc corpus Gaudentianum duo circumferuntur sermones, alter *De Petro et Paulo* (Tr. XX.), alter *De Filastrio* (Tr. XXI.), Gaudentii nomine ornati, qui paucis neque vetustissimis codicibus servati sunt. Ne in eodem quidem libro manu scripto ambo coniuncti sunt, sed uterque sermo separatim nobis traditus est. Atque Tr. XX. hodie in quattuor exstat codicibus, quorum aetate primus est Pistoriensis saec. XI./XII.[35]) In hac contione facile idem fere genus dicendi cognoscitur modestum, quo Gaudentius in Tr. XVI. utitur. Habitus enim est sermo XX. non Brixiae, sed Mediolani coram Ambrosio et prioribus tempore tractatibus adnumerandus est. Ita autem mihi quidem videtur factum esse, ut hic tractatus corpori scriptorum Gaudentianorum non suo tempore adiungeretur.

4. Iam ad alterum sermonem, qui extra corpus Gaudentianum tribus codicibus[36]) nobis traditus est, ad Tr. XXI. transeamus.[37]) Quamquam titulum sermoni praepositum: *Sermo beati Gaudentii de vita et obitu beati Filastrii episcopi, praedecessoris sui* a Gaudentio ipso scriptum esse non probamus[38]) et in § 14 nonnulla verba subdita, quae in hac editione uncis inclusimus, irrepsisse concedimus, tamen totum tractatum esse suppositum negamus. Nam Frid. Marx Dupinium secutus sermonem de Filastrio Gaudentio tribuere noluit eumque exeunte saec. VIII. aut ineunte saec. IX. scriptum esse contendit.[39]) Sed viri doctissimi argumenta sagacia neque tam certa neque tam gravia sunt, ut tractatum a Gaudentio abiudicare nobis liceat. Quam in

---

[35]) De Tr. XX. cf. Galeardi praefationem n. XVII, p. 194 sq. (Migne 808).

[36]) Vide Proleg. IIIc (infra p. XXIX sq.), ubi etiam de duobus codicibus amissis agitur.

[37]) Ultimum locum tractatui adsignavit Galeardus, qui de hac oratione agit p. 195 (n. XVIII, Migne 808 sq.). Nos et huius et praecedentis sermonis, qui etiam tempore prior est, numerum retinemus.

[38]) Titulus cum iis pugnare videtur, quae exstant in § 14: *Pauca haec de virtutibus hominis dei brevissimo sermone memoravi.*

[39]) in Filastrii editione, Proleg. p. VI—VIII.

rem post Marxium H. Ianuel et Knappe[40]) diligentissime investigaverunt et eis, quae proferebant, mihi quidem evicisse videntur de fide huius sermonis Gaudentiani non esse dubitandum. Eorum argumentis nonnulla addidit Birch.[41]) Marx, cum Filastrii vitam componeret, ea, quae quaerebat, in sermone non invenit et ita spe deceptus omnia fere, quae in contione de Gaudentii decessoris vita memoriae traduntur, aliunde nobis nota esse adfirmavit; plurima autem ab illo homine, qui Gaudentii induisset personam, ex Augustini scriptis petita esse putavit. At, cum argumenti homiliae rationem habemus, Marxium nequaquam sequimur. Sunt enim satis multa etiam nova, quae in sermone de Filastrio legimus, praesertim cum constet vitam episcopi mortui Brixiensibus non fuisse ignotam et Gaudentium tunc quattuordecim iam per annos sollemnitatis huius cultum renovasse (§ 14).[42]) In reliquis autem codicibus tractatum desiderari non miramur, quod ne Tr. XX. quidem in multis exstat libris manu scriptis. Eodem enim iure, quo Tr. XXI. a Gaudentio abiudicaremus, etiam alterum in suspicionem vocare deberemus. At uterque sermo fortasse a notariis exceptus est[43]) et ipsa Brixiana ecclesia homiliam de Filastrio servavit scriptam in codice saeculi XI. Sed multo maioris momenti est, quod etiam in Tr. XXI. genus dicendi Gaudentianum invenitur, id quod non curavit Marx. Permulta enim sunt Gaudentii maxime propria, quae in hac contione exstant: eadem vocabula ab episcopo Brixiensi frequentata leguntur,[44]) eadem verborum collocatio adhibetur,[45]) idem color rhetoricus[46]) et venusta quaedam dicendi mode-

[40]) Ianuel[2] p. 5—9, cap. VI: *Ex Gaudentii sermonibus ultimum esse genuinum demonstratur*; Knappe 3—66.

[41]) p. 134 sq.

[42]) Cf. Ianuelum[2] 6; Knappe 8.

[43]) Ianuel[2] 7.

[44]) Ianuel[2] 8 sq.; Knappe 42—57.

[45]) Knappe 10 sqq.; saepe verbum finitum primo loco enuntiati ponitur, nomen autem subiecti et participia, gerundiva, adiectiva ultimo loco.

[46]) Traiectio, antithesis, traductio, chiasmus, aliae figurae saepe inveniuntur; cf. Knappe 18—35.

stia[47]) occurrit. Quae in brevi hac contione a sermone Gaudentiano abhorrere videntur, pauca sunt vel fortuita.[48]) Ea, quae tetigimus, Knappio[49]) tam gravia esse videntur, ut sermo de Filastrio nemini nisi Gaudentio vindicari debeat, etiamsi de scriptore codicum auctoritate non constaret. Itaque Ramperti, episcopi Brixiensis (827—842),[50]) testimonium[51]) nequaquam in dubium vocari debet.

5. Marxio[52]) autem adsentimur carmen illud acrostichon, quod supra (p. VI.) commemoravimus,[53]) non a Gaudentio esse compositum, sed ab alio quodam poëta, qui post Gaudentii aetatem vixit eiusque de Filastrio contionem versibus Sapphicis aemulatus est. Sunt et alia scripta, veluti *Commentarius in symbolum Athanasianum* et *De singularitate clericorum liber*, quae a nonnullis in scriptorum Gaudentianorum numerum temere adscripta sunt.[54])

6. At complures veros germanosque Gaudentii sermones, quos ipse in scriptis indicat,[55]) nobis non traditos esse maxime dolemus. Nam in Tr. VIII 26 — ut exempla adferam — *Legimus*, inquit, *alio in loco evangelii quosdam ex gentibus . . . aditum* (ad Christum) *quaesisse . ., — et cetera his cohaerentia, quae suo in loco, ut meminit dilectio vestra, minutatim disserui . .*; et Tr. XI 1 *Memini me superiore tractatu sanctae dilectioni vestrae pollicitum, quod . . plenius explanaturus essem, quam ob causam unum se opus fecisse dominus*

[47]) Cf. Knappe 36 sq.

[48]) Knappe 57—65.

[49]) p. 66: „So kann denn nach unserer Untersuchung Gaudentius nicht bloß der Verfasser unserer Rede sein, sondern man müßte geradezu auf ihn als Verfasser schließen, wenn die Überlieferung in dieser Hinsicht schwiege."

[50]) Cf. Savio[2] 183 sqq.

[51]) Vide Testimonia p. XLIII, n. 5.

[52]) l. l. p. VII, ubi etiam Ramperti verba adferuntur, quibus carmen a Gaudentio abiudicavit.

[53]) Hymnus exstat apud Galeardum 377 (Migne 1003—1006).

[54]) Cf. Galeardi editionem p. 195 sq. (n. XIX et XX, M. 809 sq.).

[55]) Hos locos conscripsit Gauthey 95—97; cf. adnotationem Galeardi ad Tr. XIV 1, p. 322 (M. 944).

testaretur (cf. XII 1; XIV 1) et Tr. XIII 7 *Nam disseruimus, ut meministis, omnem textum lectionis eius, quae cenantem describit in Bethania dominum*[56]). Ter autem (Tr. II 22; X 23; XXI 14) Gaudentius dicit se de rebus quibusdam iam frequenter locutum esse; Mediolani quoque cum de Petro et Paulo contionem (XX.) haberet, *Venerabilis antistes Christi,* inquit, *nunc etiam compulit excusantem, ut iterum dilectionem vestram tractatu mei sermonis alloquerer.* Sed argumentum huius prioris sermonis Mediolani habiti ignoramus.

7. Cum vita Gaudentii — ut vidimus — certis annis definiri nequeat, difficilis est etiam quaestio, quo tempore tractatus, qui exstant, conscripti sint. Attamen de eorum ordine quaedam pro certo haberi possunt. Nam Tr. XVI. (die ordinationis habitus) tempore primus est omnium; haud magno temporis spatio ab eo distat Tr. XX., qui Mediolani est habitus vivo etiamtunc Ambrosio. Tractatum autem XXI. quattuordecim annis post Filastrii mortem habitum esse Gaudentius ipse dicit § 14. Sanctus scriptor duobus locis turbas, quae illa aetate in Italia commotae sunt, tangit: XIII 21 *Ita nos deus exaudiet obsecrantes, ita inter pericula imminentium barbarorum auxilio protegi divino merebimur* et XVII 2 *licet importunitas barbarorum maximam partem celebritatis diei hodierno subtraxerit, ne ceteri sancti antistites . . . advenirent.* Veri simillimum esse videtur his locis irruptionem Alarici in Italiam annis 400.—402. factam significari.[57]) Brunati igitur, investigator historiae sacrae Brixiensis diligentissimus, hunc statuit ordinem tractatuum annis definitum:[58])

a. 390. Tr. XVI. Prima die ordinationis,
ante a. 397. Tr. XX. De Petro et Paulo,
a. 399. Tr. XI.—XIV. De diversis capitulis evangelii et Tr. XV. De Machabaeis martyribus,
a. 400.—402. Tr. XVII. De dedicatione basilicae Concilii sanctorum,

[56]) Gauthey (96) Gaudentium omne evangelium s. Iohannis contionibus interpretatum esse suspicatur.

[57]) Vide Brunati 314; Savio[2] 152.

[58]) p. 334sq., adnot. 76; cf. Savio[2] 155sq.

a. 404. Tr. XXI. De Filastrio,
a. 404. Tr. paschales I.—X. cum Praefatione ad Benivolum,
Annis incertis: Tr. XVIII. et XIX., Epistulae ad Germinium et Paulum.

III. DE CODICIBVS MANV SCRIPTIS.[59])

In hoc capite propter ea, quae supra disputavimus (p. XV sq.), separatim nobis agendum est primum de libris manu scriptis, quibus continentur XIX tractatus priores, deinde de iis codicibus, in quibus scriptus est Tr. XX., denique de iis, quibus servatus est Tr. XXI.

a) De ***codicibus***, in quibus exstant ***Praefatio ad Benivolum et Tractatus I.—XIX.***

Libri ita inter se differunt, ut codices Remensis (*A*) et Parisinus (*B*) alteram classem (*α*) vetustiorem et meliorem constituant, alteram (*β*) autem codices Italici saec. XV. et XVI., qui easdem fere lacunas eundemque sermonis XIX. textum miro modo transpositum exhibent. Neque tamen negandum est utriusque classis libros in multis rebus ita inter se convenire, ut communem omnium archetypum ineunte media aetate ortum esse colligi debeat. Quam ad rem illustrandam pauci adferantur loci notabiles, quibus utraque familia consentit: Praef. 27 *veri* (loco: *vere*); Praef. 53 *sanctis* (l. *sancti*); Tr. III 15 *ne extolleris* (l. *-laris*); IV 14 *hominum* (l. *ominum*); VIII 2 *subripere* (l. *subrepere*); VIII 25 *celebritate* (l. *celeritate*); IX 46 *nationibus* (*generationibus*); XI 4 *famidis* (*famulis C* pro *famelicis*); XV 14 *protoplaustis* (cf. XVIII 33); XVI 2 *communione garetur*; XIX 6 *adnuntiantes sequi natos*; XIX 15 *inflatigur gitis moles*. Adde, quod omnes codices (excepto *B*, qui post tractatus XIV.—XVII. subscriptionem adiecit) in fine sermonum XII.—XVII. subscriptiones omiserunt. — Duas autem codicum

[59]) Brunati p. 335 sq. primus, quod sciam, maiorem codicum partem summa diligentia conscripsit. Fugerunt autem eum II codices Britannici et *Vaticanus Palatinus 59*, quem sub n. 9 nominat, re vera est Vaticanus Urbinas 59. Sed nemo post Brunatium Gaudentii scripta edidit.

familias cur discernamus, his confirmari potest argumentis. Atque primum codices classis β multis depravati sunt lacunis; nam praeter multa alia, quae in adnotationibus criticis collecta invenies, omiserunt haec: *episcopus* Praef. *tit.*; *et primoribus* Praef. 15; *verus enim dei cultor* Praef. 41; *in omni angustiarum tempore* Praef. 41; *conficerent, quoniam divinae aequitatis non esset* Praef. 44; *Sed iam disce ab apostolo magis universa pro te* I 11; *nec ideo factum est, quia praedictum erat, sed ideo praedictum est* III 13; *non dubium quod sicut tempore* IV 12; *et sicut Gomorra similes fuissemus* IV 12; *sive ut disserat unum de mandatis eius* V 9; *acore* VII 21; *Quod vinum — vinum nuptiarum* VIII 46; *id est amphorae vel duae vel tres* IX 25; *binas vel ternas — metretas* IX 33; *Nec hoc otiosum — eius discipuli* IX 50; *Cur non ait: Christus ... vel filius David ... sanum* XI 7; *Patrem — deo* XI 16; XIII 3—9; *id est — manducat* XV 22; *Vale ... fili* XVIII 36; XIX 17—19; XIX 29—31. 35—43. Capitula quoque, quae ante Tract. I. exstant in *AB*, in ceteris codicibus desiderantur. Deinde e contrario in familia β quaedam exstant, quae classis α non habet, et interdum illa rectam exhibet scripturam, ubi haec depravata est. Exempla sunt haec: Praef. 17 *et nemo illi dabat* (deficiunt *AB*); VIII 25 *mihi* (om. α); IX 41 *conclamant* (*clamant* α); XIII 35 *et divitiae eius* (om. α); XIV 7 *immensae* (*mensae* α); XVII 6 *eo* (deficit α); XVII 23 *longe* (def. α); XVIII 20 *sub obtentu* (*subtentu A*, lacuna in *B*); XVIII 21 *venenato* (*vere nato A*); XIX 7 *adorarunt* (*adorantes A*); XIX 20 *non sequuntur* (*consequuntur A*); XIX 21 *crucialium* (*crucalium A*); XIX 23 *patientiae* (*paenitentiae A*). Denique in familia β non solum textus Tractatus XIX. confusus et mutilatus est, sed etiam alii satis multi loci inveniuntur corrupti veluti Praef. 5 *emundatam* (loco: *mundanam*); Praef. 23 *indigentium quem multa largitur mancipium*; Praef. 29 *patientiam* (l. *paenitentiam*); I 1 *retro* (*tetro* α); II 25 *qua edisserat* (*quae dixerat*); IX 37 *auxerant* (*haurierant*); XIX 48 *charismatis* (*chrismatis*). — Id quoque commemoramus librarium archetypi familiae β verba: *De ratione sacramentorum*, quae eum fugerant, inepte in fine tituli Tr. II. posuisse.

Iam vero ad singulos codices tractandos transeamus:

α) Priori classi α hi adnumerandi sunt codices (1.—6.):

1. *A*, Cod. *Remensis 369* (olim E 217) membran., saec. IX., 23·8 × 19·1, 26 v.[60]) Erat olim in bibliotheca capituli

[60]) Cf. *Catalogue général des manuscrits de France.* Depart. XXXVIII (Reims I. par Henri Loriquet), Parisiis 1904, p. 469—472.

clarae ecclesiae Remensis, ut indicatur adnotatione: SCAE MARIAE | REMENSIS ECCLAE, quae in margine inferiore foliorum 7/8, 23/24, 39/40, 55/56, 69/70, 85/86 legitur. In fine autem libri foliolum ipsius tegimenti parti interiori adfixum haec verba exhibet scripta: *Iste liber est de antiquis libris ecclesiae Remensis et erat in capitulo. Et sunt in eo valde plures tractatus .... qui continet in toto 101 folia et nescitur, quis eum dederit ecclesiae et bene indiget religari. Si quis autem furaverit, anathema sit. Quotatus [et numeratus] per me Eg. de Asperomonte, die XIIII. maii anno domini MCCCCXII.* Nunc autem codex servatur in bibliotheca municipali Remensi sub num. 369. In tegimenti dorso legitur: *Origenes, Gaudentius.* Insunt 101 folia numeris signata. Quaternio I. finitur fol. 7^{b} eique adiunguntur septem quaterniones (fol. 8^{a}—fol. 63^{b}), sequitur ternio (fol. 64^{a}—69^{b}), denique quattuor quaterniones exstant (fol. 70^{a}—101^{b}).

In fol. 1^{a} legitur hic index litteris capitalibus et rubro colore exaratus: IN HOC CORPORE CONTINENTVR ID EST DE SIN — deinde minoribus litteris: — GVLARITATE CLERICORVM ORIGENIS DE SACRIFICIIS PROPITIATIONIS ET ALIA OPVSCVLA GAVDENTI EPISCOPI QVAE POST HAEC DEGESTA SVNT SVB SIGNO SECVNDO. INCIPIT DE SINGVLARITATE CLERICORVM. Sub his verbis folio adfixum exstat insigne bibliothecae venerabilis capituli Remensis cum numero adscripto: *Lit. A ord. N. 36.* In fol. 1^{b} incipit ille tractatus De singularitate clericorum: EMISERAM QVIDEM VOBIS ANTE TEMPVS EPISTOLAM FILII *kmi, quae omnium morum instituta de lege commendans* ..[61]) Sequitur fol. 22^{b}: INCIPIT ORIGENIS DE SACRIFICIIS PROPITIATIONIS ET DE DVOB: HIRCIS CORVM VNVS SORS EST DNI ET VNVS APOPOMPEI QVI MITTITVR IN HEREMVM ET DEIN GRESSV PONTIFICIS SANCTA SANCTORVM. *Dei propitiationis indigent omnes, qui peccaverunt et ideo* ...[62]) In fol. 32^{b} legitur textus Gaudentii: INCPT PRAEFATIO GAVDENTII EPI AD BENIVOLV MAGISTRVM ME MO RI AE. *Servo XPI benivolo gaudentius epus.*

[61]) Est tractatus Cypriano adscriptus, quo imprimis de clericorum cum feminis commercio agitur; eum edidit Guilelm. Hartel, CSEL. vol. III., in Cypriani edit. parte III., Vindobonae 1871, p. 173—220. Sed editor Remensem codicem non adhibuit.

[62]) Est Origenis Homilia IX. in Leviticum (Migne P. Gr. XII 508—528).

Cum communis voti fuerat ... Post praefationem exstant Capitula et s. Gaudentii tractatus XIX priores. Textus Gaudentianus concluditur fol. 98[b] his verbis: *cuius regni non erit finis.* Post unius versus spatium sequitur epistula Innocentii I. papae: *Dilectissimis fratribus aurelio alspio* (recte: *Alypio*) *augustino evodio et possidonio innocentius. Fraternitatis vestrae litteras plenas fidei .. suscepimus* ....[63]) Denique fol. 100[a]: INCPT TRACT SCI ꝂILARI. *Vobis enim fratres vobis dico, qui iam non lacte alimini, sed firmo cibo valetis* ..... *Dś dn̄s nr̄ incontaminatos vos et inlaesos in die revelationis reservet opto fratres kmi. Finit tractatus sci Hilari*[64]) (fol. 101[b]). Hic est finis totius codicis.

Totus liber scriptus est ab uno librario parum docto, quippe qui saepius verba male coniunxerit, veluti Praef. 44 *modo ramine* (*moderamine*); VIII 13 *digno salutari* (*dignos altari*); VIII 30 *inipso transiture moratus*; VIII 33 *superiori saevi*; IX 8 *redintegra renaturam*; XIII 15 *iracundia eius tam* (*iracundiae iustam*); XVI 2 *communione garetur*; cf. XIX 6. 15. Mira quoque menda librarii sunt haec: *retinuit* (pro: *renuit*) VIII 9; *habitudine* (*hebetudine*) VIII 28; *cutemporis* (*cutem corporis*) IX 25; *oboedicerent* (*oboedirent*) X 9; *omnia anima* (*omni an.*) XI 14; *iram* (*aram*) XIII 28; *dicatur* (*dignatur*) XIV 1; *homines* (*hi omnes*) XVI 12; alia. — Tamen laudandus est vir, quisquis fuit, qui quae in archetypo legerat, accurate et nitide exprimere studebat, qui haplographias et lacunas, quae multis locis in codicibus familiae β inveniuntur, evitabat indolemque archetypi orthographicam plerumque retinuisse videtur. Pauca correxit vel mutavit vir librario aequalis. Codex igitur Remensis ad textum Gaudentii restituendum omnium quos habemus librorum manu scriptorum longe optimus est.

2. ***B***, Cod. Parisinus Lat. 13.331 membran., 23 × 19, 21 v., saec. XI.[65]) Fuit olim in Corbeiae clarissimo monasterio s. Petri, ut ex verbis in margine fol. 1[a] inscriptis cognoscitur: *Liber s. Petri Corbiniensis.* Idem testatur catalogus librorum abbatiae Corbiniensis circa annum 1200.

[63]) Cf. Migne P. L. XX 594 (Ep. XXXI.). Innocentius quinque Africae episcopis respondet, qui ad eum epistulam miserunt (cf. Migne 571).

[64]) Extrema pars est libri *De synodis* § 85 sqq.; vide Migneum X 538—546. In codice fol. 100[a] manus recens tractatum *De synodis* adnotavit in margine addiditque editionem Benedictinorum anni 1693.

[65]) Cf. Delisle, *Inventaire des manuscrits Latins conservés à la bibl. nat. sous les num. 8823—18.613, II. (Man. de Saint Germain des Près)*, p. 96, Paris 1868. Cf. G. Hartel, l. c. p. LXIV.

compositus.[66]) Postea codex ad ecclesiam s. Germani a Pratis transiit, cuius nomen in infima eiusdem folii 1ª margine legitur additis numeris: *olim 114* et *839*; hodie autem servatur Parisiis in Bibliotheca nationali. In tegimenti dorso legitur: *S. Gaudentius, s. Hilarius etc.* In fol. A littera signato, quod fol. 1 praecedit, praeter alias adnotationes exstat hic index: *Hic continetur Liber de singularitate clericorum s. Cypriano tributus, s. Gaudentii eppi tractatus XIX, Epistula s. Innocentii papae ad ss. Augustinum, Alypium et Possidonium. Fragmentum operis s. Hilarii episcopi de omousion.* In fol. 1ª incipit Tractatus de singularitate clericorum, qui usque ad fol. 34ª deducitur. Sequuntur in fol. 34ᵇ Tractatus Gaudentiani omissa praefatione ad Benivolum; praemittuntur autem Capitula sicut in cod. Remensi. Deinde post Gaudentii tractatus, qui in fol. 120ª exeunt, sicut in cod. *A* sine titulo haec leguntur: *Dilectissimis fratribus aurelio alipio .... Innocentius* (cf. supra p. XXII). Huic epistulae eadem pars tractatus s. Hilarii, quae exstat in cod. Remensi, adiungitur (fol. 122ª—124ᵇ). In margine autem fol. 122ª adnotatio similis eius, quam cod. *A* eodem loco exhibet,[67]) legitur alio atramento conscripta: *Est fragmentum De synodis eiusdem Hilarii sub finem. Vide editionem* ... Ultimum fol. 125ª vacuum est, alterius autem paginae pars infima continet alia manu et parvis litteris scripta haec: *Ieronimus ad pommachium et murellam, epła ieronimi ad rufinum* .... In margine ad hunc indicem manu recentiore adscriptum legitur: *Cete note se repporte au ms. Lat. 735 de s. Germain.*

Codex diligenter scriptus, sed multis locis manu recentiore correcturas imprimis orthographicas exhibet. Iam ex argumento toti libro proposito apparet eum esse adfinem codicis Remensis, cum omissis Origenis de sacrificiis propitiationis tractatu et praefatione ad Benivolum eosdem scriptores eodem ordine praebeat. Ubique fere adeo cum cod. *A* facit, ut facile credere possis eum illius esse apographum.[68]) Attamen inde a Tr. XVIII 14 (*nec emergere ad superna*) usque ad Tr. XIX 31 (*Priusquam pateretur*) lacunam reliquit maximam ita, ut infima pars folii 166ª et tota

---

[66]) Cf. Becker, *Catalogi bibliothecarum antiqui*, Bonnae 1885, § 136 n. 22, p. 278.

[67]) Cf. supra p. XXII, adnot. 64.

[68]) Forte factum esse videtur, quod Tr. IV 7, ubi *B* dittographiam exhibet: *vero perderent, vere perderent*, cod. *A* ea ipsa verba: *vero perderent*, in fine habet paginae.

pag. 166^{b} vacuae remanerent. In exemplari, quo usus est librarius, hoc loco folia sive perturbata sive detracta fuisse videntur. Qua in re codex Parisinus adfinitatem quandam cum β classe prodere videtur, cum hi codices tractatus XIX. textum miro modo confusum exhibeant pluribus interiectis lacunis. Lacunae quoque trium circiter versuum, quae exstat in cod. *B* Tr. XIII 8 (*pauperes — sepulturae meae servet illud*) respondet maior lacuna in libris alterius familiae Tr. XIII 3—8 (*habitaculum — sepulturae meae*).

Sequuntur quattuor codices (3.—6.), qui partem tantum continent tractatuum Gaudentianorum.

3. *I*, Cod. Parisinus Lat. 5358, saec. XIII./XIV., membran., 31·5×22·5, quo continentur Tr. I. et II.[69]) Folia habet 39 inscripta, paginae bipertitae sunt. Codice haec continentur: Vita Gregorii I. papae, homiliae Iohannis Chrysostomi; s. Augustini sermones De pascha, de resurrectione domini, in octavis paschae; s. Ambrosii sermones De resurrectione; in fine libri (fol. 34—39) s. Gaudentii Tr. I. et II. De observatione paschae.

4. *L*, Cod. Parisinus Lat. 1788, saec. XIII./XIV., in quo scripti sunt Tr. III.—VII.[70]) Cum codice antecedente *I* olim unum effecit librum vel pars fuit altera eiusdem libri, cuius Parisinus 5358 prior erat, quod firmis evincere possumus argumentis. Nam mensura foliorum utriusque codicis eadem est et eadem librarii manus facile cognoscitur. Praeterea cod. *L* ita incipit (fol. 1^{a}): *Explicit tractatus secundus, Incipit tercius prima dñica pasche.*[71]) Deinde praeter numeros recentiores vetusti quoque in margine foliorum inveniuntur ita, ut in ultimo folio codicis *I* numerus XXXIX legatur, in primo folio codicis *L* num. XL etc. Denique in infima margine folii 1. codex ille exhibet scriptum: *A tome 1,*

---

[69]) Cf. *Catalogum codicum manuscriptorum bibl. regiae,* partem III. tom. IV., p. 107, Parisiis 1744.

[70]) Cf. l. c., partem III. tom. III., p. 193.

[71]) Erravit ille, qui postea hunc titulum supra scripsit: *Incipit tract. augustini ep̄i de observatione pasche.*

hic eodem loco: *B tom. 2.* Itaque lectionarium sive homiliarium, cuius partes sunt codd. *IL*, 105 folia amplectebatur, quorum *L* nunc habet 66. Atque post Gaudentii tractatus (fol. 1α—11β) in *L* sequuntur: Sermones s. Ambrosii de Petro apostolo (11β), Leonis papae de pascha (12δ), s. Augustini de pentecoste[n] (sic!) (15α), tractatus quidam de promissione adventus paracliti (16γ), passio martirum Iohannis et Pauli (18γ), tract. Ambrosii de inventione Gervasii et Protasii (et epistula ad Marcellam sororem) (22δ), prologus in vitam Ambrosii (26γ) et vita s. Ambrosii (27α), de s. Ambrosio qualiter corripuerit Theodosium imperatorem (40α—40γ). — Fol. 40δ vacuum est — passio Georgii martyris (43α), passio Cornelii papae (50α), passio Cypriani (adicitur: *Eodem die*) (51α), sermo s. Ambrosii de victoria dn̄cae crucis (52δ), omelia s. Iohannis ep̄i de laude crucis (53γ) et de ascensione dn̄i (59γ), sermo Eusebii Caesariensis de ascensione dn̄i (65α), tractatulus quidam: Quot modis infirmitas datur hominibus (66β—66δ).

IL cum textu codicis *B* correcto congruunt.

5. *M*, Cod. Vigornianus F 94, saec. XII., membran., 34×25, qui continet Tractatum XII. Servatur in bibliotheca cathedrali urbis hodiernae Worcester in Britannia; erat olim in Benedictinorum monasterio eiusdem urbis. Quae in hoc homiliario exstent, nos edocet H. Schenkl.[72]) Textui Gaudentiano praescribuntur haec: *Scūm Ioħem. In illo tempore dixit dn̄s IH̄S turbis: Nc̄ iudicium est mundi, nc̄ princeps huius mundi eicietur foras. Et rel. Omelia Gaudentii ep̄i de eadem lect. Considerandū puto, frs̄ kmi* ... Librarius ergo exordium tractatus (§ 1) omisit; ceterum codex cum *B* facit.

6. *N*, Cod. Dublinensis B 4, 3 (174), saec. XII./XIII., membr., 27·8×17·3, in quo scriptus est Tr. XV.[73]) Eum inde ab anno 1661. bibliotheca Dublinensis collegii Trinitatis possidet. Folia sine numeris sunt. Inter multas sanctorum vitas, quae in libro scriptae sunt, loco 28. exstat Tr. XV. sine Gaudentii nomine: INCIPIT· TRACT· DE MACHABEIS MARTYRIBVS DIE NATALIS EORVM· *Si quis vrm̄ frs̄* .. Etiam hic codex maxime consentit cum *B*.

---

[72]) *Bibliotheca patrum Latinorum Britannica* III 2, Vindobonae 1898, p. 60—62.

[73]) Cf. H. Schenkl, l. c. II 3, p. 52, Vindobonae 1896. Reliquae partes eiusdem homiliarii sunt codices F 92 et F 93.

β) Alteri classi deteriori *β*, de qua generatim supra egimus, adnumerandi sunt codices, qui sequuntur (7.—14.) saeculo XV. non vetustiores.

7. *C*, Cod. Florentinus I, VI 19, saec. XV., chartac. foliorum 56, qui ex hereditate Nicolai de Nicolis in monasterium s. Marci ordinis Praedicatorum, inde in Bibliothecam nationalem venit. Exstat in eo homilia Iohannis Chrysostomi de superscriptione psalmi quinquagesimi (fol. 1—7) et eiusdem homilia in ipsum psalm. L. (fol. 8sqq.), quae fol. 12^b abrumpitur. Folia 13—20 vacua relicta sunt. Sequuntur Gaudentii Praefatio et Tractatus I.—XIX. Fol. 56. vacuum est. Litterae initiales desunt spatio tamen relicto. Ad nonnullos s. Gaudentii locos adnotationes in margine adscriptae sunt.

8. *D*, Cod. Parisinus Lat. 2650, membr., saec. XV.[74]) Eosdem sermones easdemque adnotationes exhibet, quas cod. *C*, cuius adfinis est. Neque tamen textus s. Chrysostomi mutilus est. Gaudentii autem tractatus continentur foliis 30—140^a.

9. *E*, Cod. Laurentianus Faesulanus 60, membr., saec. XV.[75]) Liber a Cosma Mediceo monasterio canonicorum regularium donatus est, ut in codicis initio legitur. Paginae binis columnis scriptae et litterae initiales coloribus pictae sunt. Post varia Tertulliani scripta et decem s. Pauli epistulas in fine sequuntur Gaudentii Praefatio et XIX Tractatus (fol. 235—269^a). Codex plerumque facit cum *C*.

10. *F*, Cod. Urbinas Lat. 59, membr., saec. XV.[76]) Folia

---

[74]) Cf. l. c., partem III. tom. III., p. 309.

[75]) Bandini A. M., *Bibliotheca Leopoldina-Laurentiana*, III., p. 1—6, Florentiae 1793.

[76]) Cf. Stornajolo Cosimus, *Bibliothecae apost. Vat. codices mss. recensiti iussu Leonis XIII. Codices Urbinates Latini*, Tom. I., Romae 1902, p. 70—75. — Erravit Stornajolo, cum in p. 73 scripsit: *Sermones I.—XX. priores, praeitque praefatio ad Benivolum.* Nam Gaudentii sermo XX. in codice non exstat.

habet VIII et 341, quarum paginae bipartitae sunt. Inter Basilii, Brunonis Astensis, Iohannis Chrysostomi aliorum scripta Gaudentii Praefatio et Tract. I.—XIX. exstant in fol. 159$^{\alpha}$—197$^{\beta}$.

Adiungimus codices saec. XVI. scriptos (11.—15.):

11. *G*, Cod. Vaticanus 1243, chartac., qui 96 foliis solius Gaudentii continet Praefationem et Tractatus XIX. Librarius nomen subscripsit: *Vincentius Navarra, scriptor Bibliothecae S.^{mi} D. N. PP., Romae scribebat anno dni MDLX.*

12. Cod. Vaticanus 4586, chart. foliorum 81, qui idem habet argumentum, quod Vat. 1243, et ab eodem librario exaratus est, ut subscriptione simili docemur.

13. *H*, Cod. Brixianus bibliothecae Quirinianae F I, 12, chartac., quem Pantagathi appellant, quia olim ipsius viri docti fuit et ab eo passim est emendatus. Praeter Praefationem et XIX Tract. priores (p. 1—141) in fine etiam Tract. XXI. de Filastrio continet (p. 141—144). Codici scheda adiecta est, in qua Sermo XX. De Petro et Paulo scriptus est manu eiusdem fere temporis. Galeardus, Gaudentii editor, multis locis hunc librum laudat eique aequo plus tribuit.[77]) Nam librarius codicem Laurentianum (*E*) exscripsisse videtur vel certe novas lectiones non praebet, nisi forte Pantagathi coniecturas probamus.

14. Cod. Bernensis 121, chartac.,[78]) olim Bongarsii, 73 foliis, quorum septem sunt vacua, eosdem sermones exhibet, quos Brixianus (*H*), cuius apographum est. De vita, quae codici adiuncta est, vide supra p. V (cap. I. et) adnot. 1.

15. Cod. Bononiensis 2266, chart., qui ex monasterio Lateranensi s. Salvatoris in bibliothecam universitatis transiit. Folia habet 70, quorum tria ultima vacua sunt; in eo scripta est Praefatio et XIX Tractatus. Similis esse iudicatur codicis Brixiani Pantagathi.


Itaque cum Praefationis et Tractatuum XIX priorum textum restituere aggredimur, adhibendi sunt codex Remensis eiusque cognati. Neque tamen abiciendi sunt libri manu scripti familiae deterioris β, quos ex eodem exemplari parente intercedentibus duobus fortasse apographis (*X*, *Y*) ortos esse probavimus. Nam compluribus locis classis β

---

[77]) Cf. editionem p. 203 sq. n. XXXII et XXXIII (M. 820—24).

[78]) Cf. Hagen, *Catalogus codicum Bernensium* (Bibliotheca Bongarsiana), Bernae 1873, p. 174.

textum integriorem et rectiorem servavit. Temptavi stemma codicum hoc:



b) De codicibus, quibus ***Tractatus XX. De Petro et Paulo*** continetur:

1. ***O***, Cod. Pistoriensis C 134, saec. XI./XII., membran., bibliothecae canonicorum,[79]) 36×24. Folia habet 111 binis columnis exarata. Post Zenonis episcopi Veronensis duos tractatuum libros in fol. 105^{α}—106^{β} exstat Gaudentii sermo De Petro et Paulo. Sequitur sermo s. Vigilii De laudibus martyrum Sisinnii, Alexandri, Martyrii. Codex ex Veronensi quodam libro descriptus vel Verona Pistoriam allatus esse videtur.[80])

2. ***P***, Cod. Vaticanus Urbinas Lat. 504, olim 150, saec. XV., membran., foliorum 162.[81]) Titulos habet rubros et litteras initiales summa arte coloratas. Praeter Gaudentii sermonem, qui scriptus est in fol. 146^{b}—148^{a}, tractatus

---

[79]) Franc. Ant. Zacharia, *Bibliotheca Pistoriensis* II., p. 8, Augustae Taurinorum 1752.

[80]) Cf. Zacharia l. c., p. 9.

[81]) Cosimus Stornajolo, *Bibliothecae Apost. Vaticanae codices mss. recensiti iussu Pii X., Codices Urbinates Latini* II., p. 5—7, Romae 1912.

Zenonis continet et varia opera Hilarii, Potamii, Basilii, Vigilii, Hieronymi. Adfinis est codicis *O*.

3. *Q*, Cod. Vaticanus 1235, saec. XV., membran., foliorum 206, qui eadem scripta eodem ordine complectitur, quae in codice Pistoriensi (*O*) exstant. Sermo autem Gaudentianus in fol. 197^{a}—198^{b} scriptus est.

4. Cod. Vaticanus 5834, saec. XVI., in quo Ioh. Petrus Ferretti, Ravennae episcopus (qui obiit 1557.), varia conscripsit collectanea. Sermonem Gaudentii (fol. 218) etiam in hoc codice excipit Vigilii De laudibus martyrum Sisinnii ... tractatus et Hymnus in Zenonem (cf. codd. *O*, *Q*).

5. Scheda Brixiana codici Pantagathi adiecta (cf. supra p. XXVII, n. 13) est apographon editionis Venetae a. 1508. (*d*).

c) De codicibus, in quibus scriptus est ***Tractatus XXI. De Filastrio.***

1. *R*, Cod. Brixianus A I 8, membran., saec. XI.,[82]) foliorum 164, 39×28. Servatur in bibliotheca Quiriniana, quae eum ab archivo capituli cathedralis accepit. Binis 29^{enorum} versuum laterculis diligenter scriptus est; litterae initiales coloribus exornatae sunt. In hoc codice exstant libri Novi Testamenti exceptis IV evangeliis (fol. 1—148) et vita s. Apolonii Brixiensis episcopi (fol. 148—151). Sequitur fol. 151^{a}: *SĒR beati Gaudentii ep̄i brixiensis de vita et obitu bti filastrii ep̄i p̄decessoris sui,* qui finit in fol. 153^{r}. Adiunguntur verba: *Sed et in martyrologio nr̄e brixiensis ecc̄le ita scriptū invenimus: XV. Kl. Aug. . . .*[83]) et enarratur series octo Brixiae episcoporum usque ad Filastrium (cf. supra p. VI). Sequitur (fol. 153^{r}—162^{a}) Ramperti sermo de translatione Filastrii et carmen Sapphicum ad beati Filastrii laudem compositum. In fine libri (fol. 163) legitur Epistula s. Augustini ad Quodvultdeum et huius ad episcopum responsum.

---

[82]) Cf. Gradonicum 448. — Codex inter annos 1025.—1067. scriptus est, vide Brunati 6; Savio^{2} 130.

[83]) Cf. Marxii editionem Filastrii, p. V sq.

2. Brixia quondam alterum habuit codicem vetustum (*S**), in quo Sermo XXI. scriptus erat; qui liber a. 1797. interiit. Galeardus eum, cum Gaudentii Tractatus ederet, adhibuit[84]) atque Gradonicus a. 1755. librum descripsit.[85])

3. Cod. Brixianus F I, 12, saec. XVI. Cf. supra p. XXVII, n. 13.

4. Cod. Bernensis 121, saec. XVI. Cf. supra p. XXVII, n. 14.[86])

IV. DE EDITIONIBVS.

Corpus Gaudentianum multo post artem typographicam inventam impressum est. Nam post Capreolum, qui circa annum 1500. partem sermonis de Filastrio excerptam ediderat,[87]) Lipomanus eundem sermonem integrum publicavit Venetiis in vico s. Mariae Formosae a. 1554. Eius editioni inscribitur: *Vitae sanctorum antiquorum patrum numero 270, quae per probatissimos gravissimosque authores descriptae novissime in unum volumen ad totius ecclesiae utilitatem per R. P. D. Aloysium Lipomanum episcopum Veronensem redactae sunt.* In tomo IV. fol. 52^{b}—53^{b} sermo exstat Gaudentianus, cui editor adnotationes addidit. Titulum autem praescripsit hunc: *Vita beati Philastrii episcopi Brixiensis per divum Gaudentium successorem eius descripta.* Et in margine adscripsit: *Est sermo eius in anniversario die solemnitatis illius habeturque in libro vetusto sacrarii ecclesiae Brixiensis,* quibus verbis codicem Brixianum *R* aut *S* (cf. supra p. XXIX sq.) significari constat. In editione fol. 53^{b}—58^{a} sequitur sermo Ramperti de Filastrii translatione et fol. 58^{b}: *Vita sancti Gaudentii episcopi Brixiensis per ipsummet potius delibata quam scripta.* In margine autem leguntur haec: *Est sermo eiusdem prima die ordinationis suae coram D. Ambrosio et aliis sacerdotibus habitus. Habeturque in eius operibus nondum excusis.* Lipo-

[84]) Cf. p. 195 n. XVIII (Migne 808).

[85]) p. 449. Adfinis erat codicis *R*.

[86]) *Lectionarium Laubiense,* quod Brunati, p. 336 sub n. 12 adfert, quo sermo de Filastrio continebatur, interisse comperi.

[87]) Cf. Migne XX 793 sq.

manus in eodem tomo partem Praefationis ad Benivolum edidit. Nostro igitur iure hunc Lipomani librum editionem principem Sermonum XXI. et XVI. significamus. Interea autem initio s. XVI., anno 1508. Venetiis cum Zenonis episcopi Veronensis sermonibus etiam Tractatus XX. De Petro et Paulo primum impressus erat (=*d*).[88]) Itaque Lipomani editione studium scriptorum Gaudentianorum excitatum erat et paulo post secuta est editio, qua totum corpus reliquorum Tractatuum e tenebris in lucem vocatum est.

Anno enim 1569. Iohannes Iac. Grynaeus Basileae ex officina Henricpetrina edidit *Monumenta s. patrum orthodoxographa*, in quibus et Graecorum et Latinorum scripta ad fidem catholicam illustrandam collegit. Gaudentium inseruit Latinorum parti VI., quae continetur tomo III.; ibi p. 1793—1860 Praefationem ad Benivolum et Tractatus I.—XIX. legimus. Desunt autem Tr. XX. et XXI. Forte Fortuna Grynaeo contigit, ut codicem quendam familiae vetustioris et melioris α nancisceretur, cum Gaudentii scripta typis exprimeret. Nam in eius editione plurimae lacunae, quibus depravata sunt manuscripta Italica, vitantur. Neque verba Tractatus XIX. transposita sunt, sicut in illis factum esse exposuimus. Attamen in Grynaei editione plurima menda inveniuntur, satis multa editor suo arbitrio mutavisse et addidisse videtur, alia omisit neglegenter.[89]) Hic

[88]) Cf. Galeardum 367, adnot. d (Migne 993).

[89]) Pauca sufficiant exempla: *eo aeternae* (loco: *coaeternae*) Praef. 6; *fuisse* ⟨addidit: *me loquutum*⟩ Praef. 10; *perfectos* (l. *provectos*) Praef. 36; *sancti scilicet* ⟨*virtutibus*⟩ Praef. 53; *pro nobis* ⟨*servientibus*⟩ *in* [omisit: *saeculi*] *Aegypto* Tr. II 23; *plenus spiritu sancto* ⟨*et quoniam sic eum .... spiritu sancto*⟩ II 33; *dentibus* (l. *domibus*) III 9; *Qui tum remitteret* (l. *reniteretur*) VII 10; *ne vel inmodica mala suadenti animo adquiescere velitis aut* (l.: *ne in modico suadeamini adquiescere aut*) VII 21; *populum* (l. *copulam*) VIII 36; *machinabatur* (l. *moechabatur*) VIII 37; *non tamen Christo* (l. *nato tamen Chr.*) IX 5; *literas* (l. *lineas*) IX 40; *perpendendas* (l. *percolendas*) XVII 16; *lucentes* (l. *liventes*) XVII 25; *a mercede caelesti illectos* (l. *iniecta*) *gloria* (l. *gloriae*) *humana cupiditatis* (l. *cupiditate*) XVIII 29; *scandalum* (l. *turbelam*) XIX 2; *servus deus* (l. *verus d.*) XIX 10; *materia* (l. *misericordia*) *domini* XIX 48.

liber, quamquam satis mendosus est, tamen locum editionis principis obtinet corporis Gaudentiani. Editio Grynaei saepius repetita est paucis mutatis ab editoribus operum sanctorum patrum, quos enumerasse sufficiat:[90]) Parisiis 1575 Bibliotheca patrum Bigneana, tom. VII. (quae iterata est annis 1589 [tom. II.], 1589, 1610, 1629, 1654), Coloniae Agrippinae 1618. — Magna bibliotheca veterum patrum tom. IV., Parisiis 1662. — Franc. Combefisii Bibliotheca patrum concionatoria, Lugduni 1677. — Maxima bibliotheca veterum patrum, tom. V., lat. 942 sqq.

Interea post Lipomani editionem Tr. XXI. denuo typis impressus erat Coloniae Agrippinae a. 1579. in Surii Vitis sanctorum, tom. IV., p. 225. Eundem sermonem iterum edidit Ioh. Albertus Fabricius Hamburgi 1721. cum Filastrii De heresibus libro (*f*); quam editionem viri doctissimi laudavit Frid. Marx in Filastrii editionis Prolegomenis p. XXIX. — Eodem tempore, quo Fabricius Filastrii studiis occupatus erat, Paulus Galeardus, ecclesiae cathedralis Brixiensis canonicus et vir non minus doctrina quam industria praestantissimus, a Ioh. Franc. Barbadico, Brixiae episcopo, impulsus editionem scriptorum praeparabat eorum episcoporum, qui et fidei constantia et scriptis lumina fuerant maxima clarissimae cathedrae Brixianae. Atque a. 1720. Galeardus Patavii recensionem operum s. Gaudentii, Ramperti, Adelmanni emisit.[91]) Editio Galeardi Patavina iterata est Augustae Vindelicorum sumptibus Ignatii Adami et Francisci Ant. Veith a. 1757. Galeardus ipse nonnulla in editione anni 1720. corrigenda et addenda esse ratus atque auctoritatem Angeli Mar. Quirini, cardinalis et novi

[90]) Cf. Migne l. c. 794.

[91]) Inscribitur: *S. Gaudentii Brixiae episcopi sermones, qui extant, nunc primum ad fidem mss. codicum recogniti et emendati. Accesserunt Ramperti et Adelmanni venerabilium Brixiae episcoporum opuscula. Recensuit ac notis illustravit Paulus Galeardus, canonicus Brixianus.* Editor lectorem de editionis ratione et consilio edocet in Praefatione, quae iterata est in II. editione a. 1738., p. 200—203 n. XXVI.—XXXII. (Migne 816—820).

Brixiae episcopi, secutus alteram edidit recensionem Filastrii libro auctam anno 1738.[92]) In libro magna arte ornato Gaudentii scripta incipiunt a p. 185. Praefationem Galeardi doctrinae plenam sequuntur Testimonia de Gaudentio (p. 205) et Index scripturarum, quae a Gaudentio adferuntur (p. 209). Deinde Tractatus omnes exstant subiectis Galeardi adnotationibus (p. 217–374). Adiungitur „Syllabus vocum exoticarum ex Gaudentio“ (p. 428), Index locorum sacrae scripturae, „quae in Gaudentio habentur vel indicantur“ (p. 429), Index rerum et verborum (p. 433), Index sermonum s. Gaudentii (p. 440). Haec secunda Galeardi editio repetita est cum praefatione, testimoniis, adnotationibus a Migneo in Patrol. Lat. t. XX., Parisiis 1845, lat. 795—1002. Praemisit autem Migne Prolegomena ex Bibliotheca Schoenemanniana I. (Lipsiae 1792) excerpta (p. 791—795). Paulus Galeardus de Gaudentio optime meritus est. Nam primus editorum omnes, quos habemus traditos Gaudentii tractatus, arte critica adhibita recensitos in unum contulit librum. Attamen ei solum codices Italici praesto erant,[93]) quorum aequo plus Pantagathi codici tribuit in secunda editione. Lacunas et menda, quae exstant in familia codicum recentiore, qua Praefatio et Tract. I.—XIX. continentur, Galeardus plerumque evitat; quod debet editionibus imprimis Grynaei, quam editionem

[92]) Ei inscripsit: *Collectio veterum patrum Brixianae ecclesiae. Veterum Brixiae episcoporum s. Filastrii et s. Gaudentii opera nec non B. Ramperti et Ven. Adelmanni opuscula nunc primum in unum collecta ad veteres mss. codices collata notis aliisque additionibus illustrata et aucta. Prodeunt iussu eminentissimi ac reverendissimi D. D. Angeli Mariae Tituli s. Marci Cardinalis Quirini Brixiae episcopi et apostolicae sedis bibliothecarii. Brixiae ex typographia Iohannis Mariae Rizzardi. A. D. 1738.*

[93]) Cf. editionem p. 201 sq. n. XXVIII (Migne 817 sq.; cf. 796); sunt autem hi codices: Florentinus I, VI 19 (*C*), Urbinas 59 (*F*), Vaticani 1243 (*G*) et 4586, Brixianus F I, 12 (*H*); Urbinas 504 (*P*), Vaticanus 1235 (*Q*); Brixiani A I, 8 (*R*) et alter amissus (*S**). Sed ne hos quidem codices satis diligenter adhibuit Galeardus, veluti XVII 25 prodigiosum illud Grynaei *lucentes* praetulit rectae lectioni *liventes*, quae omnibus codicibus confirmatur.

ex aliquo vetustioris classis codice pendere diximus (cf. supra p. XXXI). Etiam in Tract. XX. recensendo Galeardum codex fugit vetustissimus Pistoriensis. Itaque in hac nova editione verba Gaudentii ex vetustissimis et purissimis, qui nobis praesto sunt, fontibus hauriemus et multa, quae apud Galeardum difficilia et obscura esse videntur, clariora fore speramus.

V. DE ORTHOGRAPHIA.

Codex Remensis *A* et codicis Parisini *B* textus nondum correctus multis locis antiquam orthographiam videntur servasse.[94]) Librarii autem codicum vetustissimorum, quibus Tractatus XX. et XXI. nobis traditi sunt, Pistoriensis *O* et Brixiani *R*, magis leges orthographicas suae aetatis secuti sunt. Qua de causa lector huius editionis in Praefatione et in Tractatibus XIX prioribus antiquam codicis Remensis scripturam saepe inveniet. At cum in libro Remensi inconstantiam quandam formarum sive aetatis Gaudentianae propriam sive librarii incuria effectam videamus,[95]) quam in hac re rationem sequamur, paucis nobis exponendum est.

Formas codicum depravatas aut insolitas veluti *sepe*, *gravido*, *diabulus*, *saciare*, *conditio* (pro *-cione*), *scribtura* non curavimus, quamquam *heresis*, *Phariseus*, alia scribenda esse credidimus Augustini, Filastrii, aliorum scriptorum ecclesiasticorum optimis edocti codicibus. Lectiones quoque *idoprem*, *istorialiter*, *ostis*, similes reiecimus, scripturae autem *Gabrihel*, *Iohel*, al. a nobis receptae sunt. Codex Remensis semper fere dissimulationem praefert adsimulationi. Nos in nova hac editione formas quidem dissimulatas *adfatim*, *adfligere*, *adserere*, *adcola*, *inrogare* retinemus, neque tamen dissimulationem vocabulorum usitatorum *adtrectare*,

---

[94]) Etiam in codicibus Italicis melioribus talia invenimus vestigia, veluti *Bahal* (IV 12), *idolatria* (saepius), *adcolas* (XII 4).

[95]) Vide orthographiam in Indice IV.

conparare, inperare, inmemor, obprobrium admittimus, cum vel ea nobis respicienda sint, quae Cassiodorus aliique grammatici Latini Gaudentii fere aequales de adsimulatione nobis tradiderunt. Eadem de causa nobis licet scribere *medella, cottidie*, quamquam *musitare, repperire* non recepimus. Praeterea *exsecrare, exsistere*, similia perspicuitatis causa scribere maluimus quam *execrare, existere*. Denique Remensem in orthographia vocabulorum Graecorum *catecuminus, elemosina, idolatria* secuti sumus neque tamen a scriptura consueta verborum et certe a viro docto Gaudentio observata *azymus, neophytus, propheta, synagoga* recedendum esse existimavimus.

VI. DE SACRA SCRIPTVRA CETERISQVE S. GAVDENTII EXEMPLARIBVS.

Gaudentius, quamquam non clarissimis ecclesiae Latinae patribus adnumeratur, tamen et eloquentia et doctrina enituit. Atque quanta diligentia studium sacrarum scripturarum coluerit, ex maximo locorum numero, quos tractatibus inseruit, apparet. Qua in re eum etiam artem criticam adhibuisse e tribus potissimum locis cognoscitur, ex Tr. XII 7. 10; XIII 8, ubi in notionem vocabulorum sacrae scripturae accurate inquisivit. Neque unam solam, sed complures librorum biblicorum versiones Latinas inspexisse videtur.[96]) De singulis exemplaribus Latinis, quae episcopus secutus sit, quamquam certum iudicium ferri nequit, tamen ad Afram quandam sacrae scripturae versionem delegamur. Nam Tr. IX 32 verba *Vocatis ergo ministris* (Ioh. 2, 7) posuit, quae nisi in textibus Afris non leguntur (cf. textum et adnotationes). Hieronymi Veteris Testamenti versionem patrem Brixiensem nondum respexisse cum ex plurimis locis, qui a Vulgata discrepant, tum ex Tr. IX 4 perspicitur, ubi scriptor locum Gen. 2, 23 Latine ita vertit: *haec vocabitur*

[96]) Cf. Birch 22—62.

mulier, quia de viro suo sumpta est, ubi Hieronymus significanter transtulit: *haec vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est.* Sed Novi quoque Testamenti plurimi loci ab Hieronymi versione valde discrepant.[97]) Allegorice autem Gaudentius sacros libros interpretari solet[98]) Alexandrinos et Ambrosium secutus, veluti in Tr. VIII. et IX. omnem de nuptiis narrationem (Ioh. 2, 1—11) translate et mystice explicavit; nam inde a Tr. VIII 22, ubi episcopus scripsit: *Veram gesti historiam . . cognoscentes iam quis iste sit dies tertius . . . . . spiritaliter exponamus,* omnia ad notiones rettulit allegoricas ita, ut sponsum esse Christum (cf. IX 43), sponsam esse ecclesiam, canibus significari gentes (IX 16), architriclinum esse Moysen (IX 40 sqq.) exponeret.

Gaudentium etiam lingua litterisque Graecis imbutum fuisse et ex Rufini testimonio[99]) et ex episcopi ipsius scriptis cognoscimus. Nam in Tr. XVII. Basilii de XL martyribus homiliam exscripsit et summam eorum, quae in Tr. XXI. de Filastrii virtutibus profert, a Gregorio Nazianzeno mutuatus est, qui in oratione XVIII., qua patrem mortuum laudavit, Basilium praesentem similibus alloquitur verbis sacrae scripturae.[100]) Inter Latinos autem Gaudentius Terentium, Ciceronem, Vergilium, Horatium, Ovidium, Senecam videtur legisse; nam compluribus locis ex eorum scriptis orationis ornamenta petivit.[101]) E Latinis Christianis saepius Ambrosium et Filastrium imitatus est et, ni fallor, semel Lactantium et Hieronymum.

---

[97]) Cf. Birch l. l., ubi plurima leguntur exempla.

[98]) Cf. Gauthey 65. 68; Knappe 59; vide etiam infra XXXIX sq.

[99]) Praef. Recognitionum Clement.: *Aequum est sane tibi, qui haec etiam Graece legeris, . . interpretationis nostrae indicare consilium.*

[100]) Cf. Knappe p. 45. Gregorii oratio incipit ita: Ἄνθρωπε θεοῦ καὶ πιστὲ θέραπον καὶ οἰκονόμε τῶν τοῦ θεοῦ μυστηρίων καὶ ἄνερ ἐπιθυμιῶν τῶν τοῦ πνεύματος. Apud Gaudentium autem Filastrius praedicatur *vir desideriorum, dispensator divini sermonis* (XXI 6), *fidelis Christi discipulus* (§ 7), *homo dei* (§ 14).

[101]) Cf. Ianuel[1] 27; Birch 133 sq. et infra p. 201 sq.

VII. DE S. GAVDENTII ARGVMENTIS ATQVE SERMONE ET DE EIVS IMITATORIBVS.

1. Breves s. Gaudentii tractatus varia praebent argumenta; nam omnes fere fidei doctrinas et disceptationes, quibus vergente saeculo IV. animi catholicorum commovebantur, scriptor Brixiensis tractavit,[102]) quamquam non adeo fidem defendere quam auditorum animos instruere studebat.[103]) Quam egregie de trinitate, de Christo deo, de s. Maria, de eucharistia, de sanctorum cultu disputavit, quam dilucide praecepta Christiana veluti de matrimonio et de virginitate exposuit! De liturgia quoque catholica nonnulla apud episcopum Brixianum legimus, quibus studium nostrum incitatur.[104]) Maior autem pars tractatuum Gaudentianorum est de quaestionibus biblicis, quas exegetica ratione pertractat. Inter eos etiam duae epistulae (Tr. XVIII. et XIX.) exstant, quas scriptor ipse explanationes appellavit. Epistulis etiam Praefatio ad Benivolum adnumerari potest, cui tractatus dogmaticus de providentia dei adiungitur. Gaudentius autem praeterea aliud genus dicendi colebat, dico vitas sanctorum. Nam Tractatu XV. Machabaeos laudavit martyres, Tr. XVII. § 17—36 passionem XL martyrum narravit, Tr. XX. de Petro et Paulo, Tr. XXI. de Filastrio decessore egit. Ad γένος ἐπιδεικτικόν etiam Tr. XVI. pertinet. Ex hoc laudationum genere dicendi indoles Gaudentii eiusque ingenium vel maxime perspicitur.

2. Sermo patris Brixiani politus et elegans haberi debet, praesertim cum hunc scriptorem cum Filastrio de-

---

[102]) Cf. Galeardi praefationem n. X, l. l. p. 190 sq. (M. 802); Gaggia[1] 282 sqq.

[103]) Vide Gaggia[1] 284.

[104]) Cf. Dom Alb. L'Huillier, *Brixia sacra II (1911)*, Paviae, p. 291—294: *Che cosa sappiamo noi nella liturgia di Brescia al tempo di san Gaudenzio?*

cessore contuleris. Nam El. Dupin[105]) de episcopi tractatibus sententiam non satis aequam tulit, cum sermonem eius incultum, sterilem, inelegantem significavit atque allegorias, sententias inusitatas, ad docendum parum aptas reprehendit. Rectius Paucker de sermone Gaudentiano iudicavit ita: *Scriptor haud indisertus, non tam quidem ingenii luminibus sensuumque vigore quam ingenua quadam stili simplicitate ac satis castigato eloquio probabilis, quamvis sordium saeculi sui nec ipse immunis.*[106]) Ios. Fessler quoque genus dicendi Gaudentianum his laudavit verbis: *Stilus quantumvis simplex videatur, elegans tamen est, facilis admodum et amoenus; ac . . doctrina et praecepta sunt praeclara.*[107]) Hac cum polita elegantia amoenaque simplicitate coniungitur venusta quaedam dicendi modestia Gaudentii quam maxime propria.[108])

3. Sed iam singula proferamus. Atque primum ἅπαξ εἰρημένα apud Gaudentium leguntur haec: *perpetratus* XVI 11 (*ante diri facinoris perpetratum*), *crucialis* XIX 21, *pervorare* XIX 26; *galliculas* scribitur V 12, ubi *caligulas* posuimus, et XI 10 exstat: *costatus est . . dies*, ubi *status* correximus.[109]) Praeterea XVIII 24: *Deum sentit et contemptat* codicem *A* secuti sumus contra ceterorum librorum lectionem *temptat*; compositum solis in Not. Tir. iterari testimonio *Thesauri Lat.* IV 656 docemur. Item *Thesauri* copiae alterum *temptaculi* (Praef. 35) exemplum in Genesis 49, 19 interpretatione codicis Ottoboniani (*temtaculum temtavit eum*) praebent.

4. Deinde sermo patris Brixiani plurimis locis scriptorum, imprimis tractatuum biblicorum colorem a sacrae scripturae libris accepit. Quis enim miratur, quod epi-

---

[105]) *Nouvelle bibliothèque des auteurs eccles.*, tom. III, Paris 1693, p. 86. Cf. Galeardi praefat. XXII—XXV, p. 197—199 = Migne 811—816.

[106]) Paucker 481, qui in Gaudentii usum dicendi accurate investigavit.

[107]) Fessler-Jungm. 219.

[108]) Cf. Knappe 36 sq.; supra p. XV sqq.

[109]) Vocabula rariora, quae in s. Gaudentii tractatibus exstant, imprimis ea, quae apud scriptores ecclesiasticos sunt novicia vel novas habent significationes, conscripsit Paucker 484 sqq.

scopus, qui in exponendis scripturis tantopere versatus est, sacrorum scriptorum non solum argumenta, sed etiam verba facit sua? Graecismi quoque et Hebraismi, qui apud Gaudentium leguntur, omnes fere ex libris biblicis sumpti sunt.

5. Deinde tractatus Gaudentiani multis scatent metaphoris, similitudinibus, allegoriis. Allegorias autem scriptor Brixianus ipse significat, cum scribit: *Lex . . umbra erat futurorum bonorum . . . . . Veritas enim Christus adveniens bona, quae ante Iudaeis fecit umbraliter, nobis nunc in veritate largitus est* (I 12) et: *Quae vero virtutes praefiguratae sint spiritales . . incipiamus exponere* (II 8) et: *Carnalem Iudaicae paschae observantiam spiritalibus typis refertam . . . docuimus* (IV 1; cf. VI 4). Et re vera Gaudentius in tractatibus, quos de Exodi lectione composuit (I—VII, X), omnia illa, quae Ex. 12, 1—16 exstant, allegorice explicavit. Sed etiam VIII 19 haec profert: *venio ad promissas allegorias ipsius evangelicae lectionis* et IX 15 haec: *figuras nunc spiritaliter propositas persequamur* (cf. § 13. 40) et XV 20: *adhaerentibus licet typis rationabilium figurarum, quas doctor spiritalis . . . debet exponere.* Allegorias autem hic scriptor ita perducere solet, ut non solum summum narrationis vel parabolae argumentum, sed etiam singulas et minutissimas res translate exponere conetur.[110])

6. Deinde in verborum collocatione Gaudentius leges artis oratoriae secutus saepe parallelismum membrorum adhibet[111]) ita, ut colon alterum respondeat alteri, veluti VI 14: *Tu propter Hebraeos tuos percutis meos Aegyptios et ego propter Aegyptios meos persequar . . Hebraeos tuos.* Usui dicendi Gaudentiano etiam hoc proprium est, quod multis in enuntiatis verbum finitum primo loco ponitur, subiectum autem ultimo loco.[112]) Etiam in multis sen-

[110]) Cf. II 14 sqq.; V 2 sqq.; VI 11 sqq.; VIII 19 sqq.; IX 15 sqq.; XVIII 15 sqq.

[111]) Birch 75—78.

[112]) Cf. Knappe 10—15; Birch 84 sqq.; Kroll, Glotta IX 112 sqq.

tentiis secundariis verbum praedicati primo loco post coniunctionem vel post pronomen relativum collocatur, veluti Praef. 44: *Nonnulli . . . . . , dum volunt fortuita adstruere universa . . . . . , ita loquuntur.* Praeter substantivum subiecti loco positum saepe etiam participia, gerundiva, adiectiva ultimo loco enuntiati leguntur.[113])

7. Deinde cum multa alia oratoria ornamenta dicendi apud Gaudentium inveniuntur, tum traiectio,[114]) chiasmus, allitteratio,[115]) antithesis. Nam Tr. XIX. et XX. integri fere per antithesin sunt compositi. Nonnumquam cum chiasmo parallelismus membrorum coniungitur[116]): *aut errori gentilium aut iniquitati Iudaeorum aut hereticorum nequitiae* (VII 21). Inter ceteras figuras oratorias[117]) apud Gaudentium leguntur polyptoton, paronomasia, anaphora, parechesis, litotes, oxymoron. Vide Indicem IV.

8. Denique etiam clausulae rhythmicae prosaicae a Gaudentio adhibitae videntur esse. Iam ex primis Praefationis paragraphis intellegi potest Gaudentium non solum trochaeos (vel spondeos) in fine enuntiatorum iterasse (§ 1. 12), sed etiam creticum cum singulis vel binis trochaeis (§ 2. 4. 5. 11) et trochaeum cum cretico (§ 3) non raro composuisse.

9. Itaque non miramur, quod episcopi Brixiani scripta iam ab aequalibus lectitata et imitando expressa sunt. Quod Rufinus indicat, cum scribit (in Praef. *Recognitionum Clement.*): *Tibi quidem, papa Gaudenti, . . tantus ingenii vigor est, immo tanta spiritus gratia, ut, si quid a te etiam cotidiani eloquii more dicitur, si quid in ecclesia declamatur, id in libris haberi et ad instructionem tradi posteris debeat.* Atque iam ineunte saeculo V. Niceta Remesia-

---

[113]) Knappe 15—18; Birch 99 sqq.
[114]) Birch 83 sq. 104—106.
[115]) Knappe 18—35; Birch 73—82.
[116]) Cf. Birch 75 sq.
[117]) Birch 79—81.

nensis, qui annis 398. et 402. in Italiam venit[118]) et fortasse Gaudentium ipsum vidit, eius tractatus passim imitatus est.[119]) Eodem saeculo is, qui Tractatum *De fide orthodoxa contra Arianos* conscripsit, nonnulla a Gaudentio mutuatus est[120]) et Pseudo-Origenes, quem appellant, in *Tr. IX. De libris s. scripturarum* Gaudentii sermones exscripsit.[121]) Medio autem saeculo V. Leo I. papa, cum clarissimam Epistulam dogmaticam ad Flavianum componeret,[122]) qua Monophysitarum errorem refutabat, cum alios scriptores tum Gaudentium compilavit, ut duplicem Christi naturam demonstraret.[123]) Turbulentis autem, quae sequebantur, saeculis Gaudentii scripta, quamquam oblitterata sunt, tamen ineunte media aetate uno libro manu scripto ab oblivione vindicata sunt.

VIII. ANTIQVA DE S. GAVDENTIO TESTIMONIA.

1. IOHANNES CHRYSOSTOMVS, *Epist.* 184.[124])

Γαυδεντίῳ ἐπισκόπῳ Βρίξης.

Οὐδὲν ἡμᾶς ἔλαθε τῶν σῶν, ἀλλ' ἔγνωμεν σαφῶς ὡς παρόντες τὴν σπουδήν σου, τὴν ἀγρυπνίαν, τὴν φροντίδα, τοὺς καμάτους, τοὺς πόνους, οὓς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐπεδείξω, καί σοι χάριτας πολλὰς ὁμολογοῦμεν· καὶ ἐν τοσαύτῃ καθήμενοι ἐρημίᾳ μεγίστην ἔχομεν παράκλησιν τῆς ἀγάπης σου τὸ θερμὸν καὶ γνήσιον, ἧς πεῖραν ἐνταῦθα λαβόντες ἔγνωμεν αὐτὴν ἀκμάζουσαν καὶ ἐκεῖσε, καὶ οὐδὲν οὔτε τῷ πλήθει τοῦ χρόνου οὔτε τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ καταμαρανθεῖσαν. Διὰ τοῦτό σοι χάριτας ἴσμεν πολλὰς καί σε παρακαλοῦμεν μένειν τὴν αὐτὴν ἐπιδεικνύμενον σπουδήν. Οἶδας

---

[118]) Cf. Bardenhewer 598.

[119]) Cf. supra p. VIII et adnot. 16.

[120]) Cf. Henr. Brewer, *Das sogenannte Athanasianische Glaubensbekenntnis ein Werk des heil. Ambrosius* (*Forschungen zur christl. Literatur- und Dogmengeschichte* IX 2), Paderborn 1909, p. 158 sq.

[121]) Cf. Dom G. Morin, *Revue Bénédictine* XIX (Maredsous 1902), p. 227—229. D. Bruyne, *l. c.*, XXIII (1906), p. 169.

[122]) Epistula 28., quae Leonis tomus nominatur; Migne P. Gr. LIV 755—782.

[123]) Cf. Norcock[2] 87—91; Norcock[1] 593—596.

[124]) Migne P. Gr. LII 715 sq.

γὰρ ὑπὲρ ὅσων ἐκκλησιῶν ὑμῖν ὁ ἀγὼν πρόκειται νῦν καὶ ἡλίκον ἔσται τοῦ κατορθώματος τὸ μέγεθος. Ταῦτ' οὖν ἐννοῶν, δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, ἐπιμεῖναι τῇ αὐτῇ σπουδῇ παρακλήθητι. Οὕτω γὰρ ὀλίγα κάμνοντες ἀθάνατα ἑαυτοῖς προαποθήσεσθε ἐν τοῖς οὐρανοῖς τῶν καλῶν τούτων ἀγώνων τὰ βραβεῖα.

2. PALLADIVS, *Dialogus historicus de vita et conversatione b. Iohannis Chrysost.*, cap. 4.[125])

Λαβόντες τοιγαροῦν οἱ περὶ τὸν ἅγιον ἐπίσκοπον Αἰμίλιον Βενεβενδοῦ καὶ Κυθήγιον καὶ Γαυδέντιον σὺν Οὐαλεντινιανῷ καὶ Βονιφατίῳ τοῖς πρεσβυτέροις τὰ γράμματα τοῦ τε Ἰννοκεντίου καὶ τῶν Ἰταλῶν ἐπισκόπων Χρωματίου Ἀκυληίας καὶ Βενερίου Μεδιολάνων καὶ τῶν λοιπῶν καὶ ὑπομνηστικὸν τῆς συνόδου πάσης Δύσεως δημοσίοις συνθήμασιν ἀπεστάλησαν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν σὺν τοῖς περὶ Κυριακὸν καὶ Δημήτριον καὶ Παλλάδιον καὶ Εὐλύσιον τοὺς ἐπισκόπους. Εἶχε δὲ τὸ ὑπομνηστικὸν μὴ ἐᾶν εἰσελθεῖν Ἰωάννην εἰς κρίσιν, ἐὰν μὴ πρότερον ἀποκατασταθῇ αὐτῷ ἥ τε ἐκκλησία καὶ ἡ κοινωνία, ἵν' εἰς μηδὲν ἔχων ὑπερτίθεσθαι αὐθαίρετος εἰσέλθῃ εἰς τὸ συνέδριον. Ἀπελθόντες οὖν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ὑπέστρεψαν μετὰ τέσσαρας μῆνας, διηγούμενοι Βαβυλώνια πράγματα, ὅτι κατεσχέθημεν παραπλέοντες τὴν Ἑλλάδα Ἀθήναζε ὑπὸ χιλιάρχου τινὸς δυστήνου . . . .

3a) RVFINVS, *Peroratio Commentarii epistulae ad Romanos.*[126])

Nobis enim propositum est non plausum legentium, sed fructum proficiscentium quaerere. Post hoc sane vocat nos opus, quod olim quidem iniunctum est, sed nunc a beato Gaudentio episcopo vehementius perurgetur, Clementis scilicet Romani episcopi apostolorum comitis ac successoris de Recognitione libri ut in Latinum vertantur. In quo opere bene novi, quod laborem labor multiplicat, si sortem suscipiat. Satisfaciam sane in eo amicis meis: dabo titulo nomen meum auctoris nihilominus vocabulo permanente. Nam Rufini Clemens scribetur. Quod si me dominus implere permiserit, redibo rursus et ad tua desideria, ut vel in Numerorum vel in Deuteronomii libros deo permittente aliqua dicamus — hoc enim solum nobis de Eptateucho deest — vel de reliquis apostoli Pauli Epistulis, quae possumus domino dirigente dictemus.

3b) RVFINVS, *Praefatio Recognitionum Clementinarum.*[127])

Tibi quidem, papa Gaudenti, nostrorum decus insigne doctorum, tantus ingenii vigor est, immo tanta spiritus gratia, ut, si quid a te etiam

---

[125]) Cf. Migne P. Gr. XLVII 15.

[126]) Migne P. Gr. XIV 1293.

[127]) Migne P. Gr. I 1205. Cuius textum B. Rehm, Thesauro ling. Lat. edendo adsistens et Rufini Recogn. Clem. futurus editor, benevole recognovit.

cotidiani eloquii more dicitur, si quid in ecclesia declamatur, id in libris haberi et ad instructionem tradi posteris debeat. Nos tamen, quos ingenii tenuitas minus promptos et senecta iam tardos reddit ac segnes, opus, quod olim venerandae memoriae virgo Silvia iniunxerat, ut Clementem nostrae linguae redderemus, et tu deinceps iure hereditario deposcebas, licet multas post moras tamen aliquando restituimus praedamque, ut opinor, non parvam Graecorum bibliothecis direptam nostrorum usibus et utilitatibus convectamus, ut quos propriis non possumus, peregrinis nutriamus alimoniis. Nam et solent suaviora videri peregrina, interdum vero et utiliora. Denique peregrinum est paene omne, quod medelam corporibus confert, quod morbis occurrit, quod venena depellit ..... Suscipe igitur, mi anime, redeuntem ad te Clementem nostrum, suscipe iam Romanum. Nec mireris, si forte tibi in eo minus solito floridus eloquentiae vultus appareat ..... Sed votis tuis faveat deus ..... Aequum est sane tibi, qui haec etiam Graece legeris — ne forte in aliquibus minus a nobis servatum translationis ordinem putes — interpretationis nostrae indicare consilium. Puto quod non te lateat Clementis huius in Graeco eiusdem operis (Ἀναγνώσεων), hoc est Recognitionum, duas editiones haberi et duo corpora esse librorum, in aliquantis quidem diversae, in multis tamen eiusdem narrationis.

4. MARTYROLOGIVM ROMANVM, die 25. Oct.

Brixiae natalis sancti Gaudentii episcopi, eruditione et sanctitate conspicui.

5. RAMPERTVS, Brixiae episcopus (827—842), *Sermo de translatione beati Filastrii.*[128])

a) cap. 5. Veluti etenim in edito Sermone a praesule Gaudentio, vitae scilicet beatissimi Filastrii pontificis legitur, fuisse eum omni aetati et condicioni et sexui stupenda benignitate communem, immo humilibus coniunctiorem quibusque, ita nunc omnibus languentium aetatibus meritis suis suffragantibus Christo mediante profuit et sexibus.

b) cap. 9. Cuius vitae sanctitatisque eum sapuit episcopus Gaudentius successor suus, qui per XIV annos forsan et plus diem transitus eius feriatum ducebat, populo siquidem de eo sermonem faciens?

c) cap. 10. Sed et rhythmicum hymnum, quem ergo auctoritatis Gaudentium episcopum fecisse ferunt, cantare de ipso sedule consueverat. Gaudentium autem ipsum composuisse nuto, cum longe aliterque sensus primae lineae sit et ipse rhythmus elementa nominis compositoris sui per capita ut ita dixerim versuum, si quis intendat, habeat.

[128]) Galeardus p. 387—401.

Antequam praefationi meae finem impono, gratias agere debeo maximas viris doctissimis, qui huic novae editioni instruendae operam navarunt, imprimis Edmundo Hauler, doctori aureo, qui mihi munus Gaudentii edendi commendavit meque in editione praeparanda et emendanda doctrina et opera adiuvit benignissime, et Paulo Guerrini Brixiano de historia patria et de hoc libro optime merito, deinde Ludovico Bieler, commissioni ecclesiasticae academiae Vindobonensis adsistenti et in universitate Vindobonensi privatim docenti, tum collegis et amicis doctissimis, qui me in singulis editionis partibus corrigendis adiuverunt humanissime, denique praefectis et custodibus bibliothecarum Bernensis, Bononiensis, Brixianae Quirinianae, Dublinensis, Florentinae, Parisinae, Pistoriensis, Remensis, Vaticanae, Vigornianae, Vindobonensis.

Vindobonae mense Ianuario MCMXXXVI.

Ambrosius Glueck.

CONSPECTVS LIBRORVM ADHIBITORVM.

Acta S. = Bollandi *Acta sanctorum*, Antverpiae, Bruxellis, Parisiis 1643sqq.

Bardenhewer = O. Bardenhewer, Geschichte der altkirchlichen Literatur I.—VI., Freiburg i. Br. ^{3}1910; III^{1} 1912, III^{2} 1923.

Birch = A. H. Birch, *A comparison of the styles of Gaudentius of Brescia ...., the De sacramentis (ascribed to St. Ambrose), and the Didascalia apostolorum or Fragmenta Veronensia (E. Hauler)*, Risca, Mon.; Yendall & Co. 1924.

*Birch** = idem, *Addenda to A comparison of the styles of Gaudentius ...* Risca 1924.

Brixia sacra = *Brixia sacra*, Bolletino bimestrale, Paviae, Brixiae 1910sqq.

Brunati = Ios. Brunati, *Vita o gesta di santi Bresciani* I^{2}, Brixiae 1854.

Fessler-Jungm. = I. Fessler-B. Iungmann, *Institutiones patrologiae* II 1^{2}, Oeniponte 1892.

Gaggia^{1} = Hiac. Gaggia, *Sulle opere e la dottrina di s. Gaudenzio, Brixia sacra* II (1911), Paviae, p. 282—290.

Gaggia^{2} = Hiac. Gaggia, *San Gaudenzio vescovo di Brescia e padre della chiesa, Brixia sacra* II (1911), Paviae, p. 305—321.

Galeardus = Paul. Galeardus, *Veterum Brixiae episcoporum s. Philastrii et s. Gaudentii opera nec non b. Ramperti et ven. Adelmanni opuscula*, Brixiae 1720 et 1738 (Migne Patr. Lat. XX 795sqq.).

Gauthey = Christoph. Gauthey, *S. Gaudentius Brix. episcopus et notarii, Brixia sacra* VII (1916) 57—68, 89—97.

Gradonicus = Ioh. Hieron. Gradonicus, *Brixia sacra. Pontificum Brixianorum series commentario historico illustrata*, Brixiae 1755.

Guerrini = Paulus Guerrini, *La basilica di s. Giovanni e le sue opere d' arte*, Brixiae 1922.

Harnack = Adolf Harnack, Geschichte der altchristlichen Litteratur 1—2, Leipzig 1893—1904.

Ianuel.^{1} = H. Januel, *Commentationes philologicae in Zenonem Veronensem, Gaudentium Brixiensem, Petrum Chrysologum Ravennatem*, pars I. Programm des kgl. alten Gymn. zu Regensburg, 1905.

Ianuel.^{2} = idem, *Commentationes ...*, pars II. Programm des kgl. alten Gymn. zu Regensburg, 1906.

Knappe = Chr. Knappe, *Ist die 21. Rede des h. Gaudentius echt? Zugleich ein Beitrag zur Latinität des Gaudentius.* Jahresbericht des kgl. Gymn. Carolinum, Osnabrück 1908, p. 3—66.

Marx = Frid. Marx, *S. Filastrii ep. Brixiensis diversarum hereseon liber* (*CSEL.* XXXVIII), Vindobonae 1898.

Migne (*M.*) P. Gr. = Patrologiae Cursus. Series Graeca I, XLVII, LII.
— P. L. = Patrologiae Cursus. Series Latina XX.

Norcock[1] = C. R. Norcock, *Journal of theological studies* XV (1914) 593sqq., Londini.

Norcock[2] = idem, *San Gaudenzio di Brescia e il Tomo di s. Leone Magno. Brixia sacra* VI (1915) 87sqq., Brixiae.

Norden = Eduard Norden, Antike Kunstprosa[3], Leipzig 1915/18.

Paucker = K. Paucker, *De Latinitate scriptorum quorundam saeculi IV. et ineuntis V. p. Chr. minorum observationes*, Zeitschrift für d. österr. Gymn. XXXII 481—499, Wien 1881.

Rönsch = Herm. Rönsch, *Itala und Vulgata*, Ed. II., Marburg 1875.

Savio[1] = Fedele Savio, *Gli antichi vescovi d' Italia, Il Piemonte* I, Augustae Taurinorum 1899.

Savio[2] = Fedele Savio, *Gli antichi vescovi d' Italia, La Lombardia*, parte II., vol. I. (Bergamo, Brescia, Como), Bergami 1929.

Schanz = Martin Schanz, *Geschichte der röm. Litteratur*, IV. 1[2], München 1914.

Thes. l. L. = *Thesaurus linguae Latinae*, Lipsiae 1900sqq.

S. GAVDENTII

EPISCOPI BRIXIENSIS

TRACTATVS I.–XIX.

CVM PRAEFATIONE AD BENIVOLVM ET CAPITVLIS.

CONSPECTVS CODICVM,

IN QVIBVS EXSTANT PRAEFATIO AD BENIVOLVM ET TRACTATVS I.—XIX.

A = Remensis 369, saec. IX.
B = Parisinus Lat. 13.331, saec. XI.
C = Florentinus I, VI 19, saec. XV.
D = Parisinus Lat. 2650, saec. XV.
E = Laurentianus-Faesulanus 60, saec. XV.
F = Urbinas Lat. 59, saec. XV.
G = Vaticanus 1243, saec. XVI.
H = Brixianus F I 12, saec. XVI.

I = Parisinus Lat. 5358, quo continentur Tr. I. et II., saec. XIII./XIV.
L = Parisinus Lat. 1788, in quo insunt Tr. III.—VII., saec. XIII./XIV.
M = Vigornianus F 94, quo continetur Tr. XII., saec. XII.
N = Dublinensis B 4, 3, in quo exstat Tr. XV., saec. XII./XIII.

Σ = consensus codicum *CDE*.
Ω = consensus codicum *CDEFGH*.

a = editio princeps Grynaei (Monumenta s. patrum, Tom. III.), Basileae 1569.
b = editio Pauli Galeardi (Veterum Brixiae episcoporum opera), Brixiae 1738, a Migneo iterata.
c = editio princeps Tractatus XVI. per Lipomanum facta (Vitae s. antiquorum Patrum, Tom. IV.), Venetiis 1554.

PRAEFATIO GAVDENTII EPISCOPI
AD BENIVOLVM, MAGISTRVM MEMORIAE.
SERVO CHRISTI BENIVOLO GAVDENTIVS EPISCOPVS.

Communis voti fuerat, ut ea, quae de divinis eloquiis 1
per paschales dies proxime praeteritos explanavi, coram
valuisses audire. Cum enim semper, tum praecipue diebus
festis praesentia tua nobis merito grata est in ecclesiae
Brixianae conventu. Nam sicut honoratorum nostrae urbis, 2
ita etiam dominicae plebis deo adnuente dignissimum caput
es, quia non minore diligentia servare studes dei praecepta
quam discere, robustam catholicae fidei professionem prae-
clarae vitae meritis aequiperare contendens, ut habeat
sincera fides opera suae puritatis nitore condigna. Qua in 3
re maximus docentis fructus est et immortalis utilitas
audientis dicente apostolo: *Non auditores tantum, sed fac-
tores legis iustificabuntur apud deum.* Nec mirum, si hodie 4
taliter in timore domini converseris, qui necdum percepta
baptismi gratia ita pro fidei caelestis veritate pugnasti, ut
imbutum te admirabilibus doctrinis apostolici per omnia
viri patris nostri Filastrii tantae constantiae testimonio ap-
probares. Nostri namque temporis regina Iezabel, Arrianae 5
perfidiae patrona simul ac socia, cum beatissimum per-
sequeretur Ambrosium, ecclesiae Mediolanensis antistitem,

Testimonia. 15sq. *Rom. 2, 13 21—23 *cf.* Ambros. Ep. 20 § 18 (Migne)

---

1 sq. *Tota Praefatio deest in B* INCPT PRAEFATIO GAVDENTII EPI AD ... MEMORIAE *A* 3 ervo — Benivolo *in ras. A* episcopus *om. Ω ab* 4 Cum communis *A* fuerat *in ras. A* 8 Brexianae *A* 12 ut *om. Ω* 20 Filastri *DF* Filasteri *EG* Philasteri *Hm1* 21 Arriana *DEF*

te quoque, ea tempestate magistrum memoriae, oblitum salutaris fidei arbitrata contra catholicas dictare ecclesias compellebat; quod ne faceres, ultro et promotionis pollicitae dignitatem et ambitionem saeculi gloriamque mundanam pro dei gloria contempsisti, magis eligens privatus
6 vivere quam mortuus militare. Vere enim moritur apud deum, qui ab apostolicae fidei veritate discedit, cui Christus deus, qui vita est, amputatur, dum coaeternae trinitatis homousion deneganti subtrahitur.

7 Sed ut ad propositam causationem redeam, ex ingenti aegritudine tuum tunc adhuc corpus invalidum, ne supra dictae festivitati interesses, inhibuit; unde vehementer dolebas animo fraudem tibi spiritalium bonorum reputans peccatis urguentibus inrogatam ac propterea veluti singulare quoddam dispendii memorati remedium magnopere exegisti, ut scriberem, quid unaquaque die illius sacratissimae ebdomadis sanctae fraternitati a me expositum
8 meminissem. Quod plane ego mediocritatis meae conscius litteris credere non auderem, nisi tu religiosa instantia compulisses; satis est enim mihi, si instruere commissam
9 plebem viva saltim voce sufficiam. — Sciens itaque verum divinae sapientiae amatorem non super adsertione inutilium rerum inanis eloquentiae pompam quaerere, sed salutarem de scripturis sanctis explanationum congruentium desiderare doctrinam, scribere tibi adgrediar omnino iisdem sensibus et fortasse etiam verbis, quibus me in ecclesia locutum esse reminiscor, ut loquelam meam, qualiscumque est,
10 facile, cum legeris, recognoscas. Quattuor praeterea breviores tractatus, quos de diversis capitulis evangelii apud te olim fuisse prodidisti, et quintum de Machabaeis martyribus emendatos tibi, quoniam cogis, remittam, ut eos, si ulla utili memoria dignos arbitraris, in postrema parte
11 schidae huius simul transcribendos adiungas. De illis vero

---

26 promo||tionis *A* 27sq. mundanam] emundatam Ω 42 credere *om.* Ω 44 virum *ACDG* 48 hisdem *AΣH* 52 tractatos *A* 53 fuisse me locutum prodidisti *ab* 56 schedae *GH* schedulae *ab*

tractatibus, quos notariis, ut comperi, latenter appositis procul dubio interruptos ac semiplenos otiosa quorundam studia colligere praesumpserunt, nihil ad me attinet, mea iam non sunt, quae constet praecipiti excipientium festinatione concisa. Vereor tamen, ne aliqua sub sermonis mei titulo sanae fidei inimica alieni erroris involvant et efficiantur sempiterni criminis rei, qui fuerint incautae praesumptionis auctores.

Ergo quoniam desiderio tuo negare operam non potui 12
postulatam, breviter tibi prius ostendam non semper aegritudinum plagas pro peccatorum cumulo nostris corporibus inrogari. Humani corporis natura, ex quo sententiam mor- 13
talitatis excepit: *Tu terra es et in terram ibis,* infirmitatibus variis subiacet sine discretione cuiusquam et, quamvis peccatores nos esse salubriter fateamur, non tamen vel ex vigore vel ex debilitate carnis meritorum ponderandae sunt qualitates, cum frequenter idolorum cultores sanitate corporis ac bonis huius saeculi perfruantur et contra divino cultui inhaerentes aegritudinum ac tribulationum vexatione quassentur. Nam legimus regnasse Abimelech gentilem et 14
Abraham sanctum peregrinationis molestias pertulisse et illius Laban Syri idolatrae mercennarium fuisse sanctum Iacob et Moysen iustum regnante impio Faraone latuisse metuentem in terra Madian et Heliam mirificum a facie persequentis reginae Iezabel fugisse ad solitudinem. In 15
Novo autem Testamento Iohannes, prophetarum maximus, post longum squalorem feralis custodiae, post iniquas contumelias vinculorum decollatur in carcere; et Herodes sacrilegus, qui eum iussit occidi, epulatur cum principibus suis

69 *Gen. 3, 19 76sq. *cf.* Gen. 20, 2; 12, 1sqq. 78sq. *cf.* Gen. 29, 30 79sq. *cf.* Ex. 2, 15 80sq. *cf.* III Reg. 19, 1—4 81—87 *cf.* Marc. 6, 17—28

61 concisa *codd.*]esse conscripta *ab* 62 errores *ΣGHab* 63sq. praesumptiones *A* 66sq. aegritudinē *A* 74 e contra *ab* 75 cultu inhaerentes aegritudinem *A* 79 Iacob *Ω* Iob|||| *A* imperio *A* impio *Ω*

et tribunis et primoribus Galilaeae discumbens, ebrius non
16 solum vino, sed ipsius etiam cruore Baptistae; sicut in
Apocalypsi de Babylone scribitur, vel urbe vel gente vel
unaquaque anima errorum caligine vitiorumque carnalium
permixtione confusa — interpretatur enim confusio Babylon
— *Et vidi,* inquit, *mulierem ebriam de sanguine sanctorum.*
17 — Verum haec dei patientia quorsum evadat, ipse salvator
docet in evangelio dicens: *Homo quidam erat dives, qui
induebatur purpura et bysso et epulabatur cottidie splen-
dide; pauper autem quidam nomine Lazarus iacebat ad
ianuas eius ulceribus plenus et cupiens saturari ex his, quae
cadebant de mensa divitis* [*et nemo illi dabat*]*; sed et canes
veniebant et lingebant ulcera eius. Factum est autem, ut
moreretur pauper et portaretur ab angelis in sinu Abrahae;*
dives vero mortuus sisteretur ad inferna supplicia et
obsecraret istius pauperis tincto in aquam digito re-
frigerari linguam suam, quod tamen promereri non potuit
18 in tormentis flammae inexstinguibilis constitutus. Ad hanc
servatur poenam prosperitas impiorum et contra ad illam
beatitudinem perducitur iustorum tribulatio, ut cum sancto
Abraham patriarcha in aeterna vita requiescere mereantur,
qui angustias vitae huius fideli patientia tolerantes de
19 saeculo isto migraverint. Unde dicebat dominus: *Intrate
per angustam portam, quia lata et spatiosa via est, quae
ducit ad perditionem, et multi sunt, qui intrant per illam.*
Quam angusta est porta et arta est via, quae ducit ad
20 *vitam, et pauci sunt, qui inveniunt eam.* Propter hoc et

91 Apoc. 17, 6 93—99 *Luc. 16, 19—22 100—103 *cf.* Luc. 16, 22—31 108—112 *Matth. 7, 13 sq.

86 et primoribus *om.* Ω Galilileae *A* 87 Et sicut *ab* 88 ver urbe *A* 92 evadat||||||| *A* 97 et nemo illi dabat Ω (= καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ, *ut codd. quidam exhibent*; *cf. Soden, Schriften des N. Test. II. Göttingen 1913, p. 337; eadem verba add. Vulgata*), *om. Aab* 99 sinu *codd.* sinum *ab* 100 inferni *DFG* 101 aqua *ab* 103 hanc enim *CD* 104 paenam *A* et e contra *ab* et contra *om. CFGH* 105 scancto *A* 106 aeternam vitam *ΣFH*

sanctus apostolus gloriari se in infirmitatibus suis praedicat: *Cum enim infirmor,* ait, *tunc potens sum.* Sanctum quoque Timotheum adsiduis aegritudinibus laborasse idem beatissimus prodidit apostolus Paulus scribens ad eum: *Noli adhuc aquam bibere, sed vino modico utere propter stomachum et frequentes tuas infirmitates.*

Queratur fortasse quispiam divitum dicens: Ergo 21
malitiose deus dedit divitias, si propter eas divitem torquet. Vult enim videri humanus error non modo cum venia, sed etiam cum ratione peccare. Non malitiose, sed providenter 22
te deus divitem fecit, ut per opera misericordiae invenires peccatorum tuorum vulneribus medicinam. *Elemosina quippe a morte liberat et ipsa mundat ab omni peccato.* Non enim ob hoc cruciatur ille, quia dives fuit, sed quoniam ipso epulante pauper Lazarus esuriit. Ceterum et 23
ipse sanctus Abraham dives fuerat, sed peregrinorum indigentiumque [cum multa largitate] mancipium. Sanctus 24
quoque Iob regnum tenebat Arabiae, sed, ut scriptum est, nulla vidua, nullus pauper domum eius sinu vacuo exibat. Denique in doloribus constituto exprobrantur per mulierem opera misericordiae, quae frustra exercuerit: *Et ecce,* inquit, *quae pateris.* Heu venenata diri serpentis astutia! 25
quoniam a bonis operibus famulum dei revocare non valuit, incumbebat, ut benefacti paenitudine fructum perderet pietatis. Caveant ergo infructuosi locupletes terribile 26
exemplum illius sine misericordia divitis collegae sui, ne ad similia tormenta ducantur; magis autem faciant
elemosinas largiter, frequenter, gratulanter. *Hilarem enim*

114 II Cor. 12, 10 117 sq. *I Tim. 5, 23 124 sq. *Tob. 12, 9 128 sq. *cf.* Gen. 13, 2; 18, 3 sqq. 130 *cf.* LXX Hiob 42, 18 131 *cf.* Hiob 29, 12 (?) 133 sq. Itala (?) Hiob 2, 9 140 sq. II Cor. 9, 7

113 groriari *A* 117 adhuc] amplius *ab* 119 Queratur *CD* quaeratur *AFG* quaerat *Hab* 122 Non cum *ΣF*, *H* (enim *pro* cum *m 2*) 128 sq. indigentium quem multa largitur mancipium *Ω* (cum multa largitate *Pantagathus in marg. H, secutus cod. Vat. 4586*) 130 Arabiae] Abrahae *A* 131 exibeat *A* 140 enim *om. A*

27 *datorem diligit deus.* Distribuant opes suas egenis, adquirant sibi *thesauros in caelo, ubi neque aerugo neque tinea corrumpit neque fures effodiunt et furantur,* ut de hoc saeculo exeuntes possint invenire refrigerium in sinu illius vere divitis Abrahae. Haec ad quaestionem, quae occurrerat, breviter respondisse sufficiat.

28 Illa autem, quae superius comprehensa sunt, idcirco memoravi, ut nemo nostrum scandalizetur in cogitatione sua, nemo nostrum murmurare audeat contra deum, si videamus iniustos, idolatras, blasphemos continua salubritate corporis frui, florere honoribus mundi, caducis opibus redundare et e contrario nos tribulationibus variis confici, doloribus carnis adfligi, paupertatis necessitatibus
29 subiacere. Novit universorum arbiter deus, qua providentia suos verberet et qua ratione parcat impiis in hoc mundo. Nec plane ignoramus ab apostolo beatissimo eruditi, quod longa erga iniquos bonitas dei aut ad conversionem provocat sentientes, aut ad iustiorem poenarum sententiam reservat ingratos. *An,* inquit, *divitias bonitatis eius et patientiae et longanimitatis contemnis ignorans, quod bonitas dei ad paenitentiam te adducit? Tu vero secundum duritiam tuam et cor impaenitens thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique*
30 *secundum opera eius.* Reservatur enim in die iudicii illa retributio generalis; in hoc autem saeculo idcirco interdum quidam vel blasphemi vel apostatae tormentis insanabilibus consumuntur, ut ceteri eorum suppliciis terreantur.
31 Pietatis vero cultores quod interdum vel corporeis doloribus vel variis tribulationibus adflictantur, triplex esse ratio invenitur: prima correctionis, secunda purgationis,
32 tertia probationis. — Hominem fidei apostolicae inhaeren-

142 sq. *Matth. 6,20 144 sq. *cf.* Luc. 16,22 159—164 *Rom. 2,4—6

145 veri *codd.* (*om. H*) 156 beatissimo nos eruditi *ab* 161 paenitentiam] patientiam Ω adducit] invitat *ab* 163 reddit *A* 164 die *codd.* diem *ab* 170 *post* correctionis *spatium in A* 171 *G in marg.*: hic multa desunt.

tem si frequenter in quibusdam peccare videat deus, sic peccatorem suum verberat, ut emendet, ut salutari admonitu flectat ad paenitentiam neglegentem, ne tolerabili ultione dilata gehennae inexstinguibili fiat obnoxius. Eum 33 quoque, quem pudice conversantem ac iuste quaedam tamen improbarum cogitationum maculae resperserunt, idcirco dominus nunc et tribulationum et aegritudinum flagello castigat, ne in illo aliquid sordium futurus ignis inveniat, sed ut per exiguas plagas brevissimi temporis ab omnibus purgatus maculis securior ad aeternam migrare requiem mereatur. Haec est amantis dei consulta erga peccatores 34 suos ac pia severitas. Scriptum est enim: *Quoniam quem diligit dominus, verberat; flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Unde merito misericordem deum quisque nostrum praedicat prophetae doctus eloquio: *Castigans castigavit me dominus et morti non tradidit me.* Iustos 35 vero et inculpabiles quosque, sicut sanctum Iob, de quo scribitur, quod fuerit homo sine querela, verus dei cultor, hac de causa deus omnipotens vel damnis facultatum vel orbitatibus carorum vel angustiis persecutionum vel dolorum carnalium stimulis temptari permittit, ut probet; probet autem non sibi, qui ante novit universa quam fiant, sed angelis et hominibus, ut eos ex factis probos noverint, quoniam conscientias intueri non possunt, quas solus novit *scrutans corda et renes deus.* Ipse enim novit occulta cordis, ut prophetae sermo testatur. Et ideo forsitan beatus apostolus inter multiplicium tribulationum persecutionumque temptacula constitutus aiebat: *Quoniam spectaculum facti sumus huic mundo et angelis et hominibus.* Angelis quidem iustos suos deus probari ideo vult, ut con- 36 summatam sanctorum iustitiam laetantes agnoscant. *Lae-*

183—185 *Hebr. 12, 6 186sq. Ps. 117, 18 188sq. *cf.* Hiob 1, 1 190—192 *cf.* Hiob c. 1; c. 2 196 Ps. 7, 10 199sq. *I Cor. 4, 9 202—204 *Luc. 15, 7

184 dominus *AΣFH* deus *Gab* 186 doctus] ductus *Ω* 193 probat autem *ab*

tantur enim beati angeli *in caelo*, ut ait dominus Iesus, etiam *super uno peccatore paenitentiam agente*. Hominibus autem probatam vult esse perfectionem iustorum, ut ad perseverantiam dilectionis dei eorum provocentur exemplo. Diabolo etiam probatam vult ingerere deus sanctorum iustitiam, ut eos bonorum operum meritis debite ad amicitiam dei et ad regnum caeli, unde ipse cecidit, doleat esse provectos; doleat, indignetur, invideat, ingemescat, nec
37 tamen audeat quicquam de iudicio divino causari. Probationis igitur gratia mirificus Iob ex opulento repente inops efficitur, ex patre decem natorum sine filiis invenitur, ex vegeto vulneratus, ex florentissimo vermibus exaratus aspicitur, ex glorioso opprobriis expositus reperitur; opprobriis autem et amicorum exprobrantium et, quod esset gravius, propriae coniugis, quae non ad solacium dolorum eius, sed ad ultimam temptationem docetur esse servata. Nam cogebat eum loqui verba blasphemiae replicans illi iustitiae eius opera, quae incassum gesserit, qui ad tot miseriarum genera pervenisset. Quapropter inquit: *Dic*
38 *aliquem sermonem contra deum et morere.* Mortem blasphemanti debitam pro remedio aerumnarum suggerit adquirendam callidus iterum per mulierem serpens, ut palmam patientiae auferat fortissimo bellatori et interitum congerat victo, quia blasphemantis furor non medellam doloribus praestat, sed cruciatum mortis adcumulat, illius quippe mortis, quae nec finem miseriis tribuat et exordium sit poenarum, quas ultor deus blasphemantibus praeparavit.
39 At ille beatissimus intellegens callido antiquae artis argumento diabolum rursus per mulierem venenum mortis ingerere sic respondit: *Velut una,* inquit, *ex insipientibus mulieribus locuta es,* pulsans videlicet unam, de qua omnes.

211—221 *cf.* Hiob c. 1; c. 2 221 sq. * Hiob 2, 9 232—235 * Hiob 2, 10

---

206 dilectionis *A* perfectionis Ω 214 vegeto ac sano vulneratus *ab* 220 gesserat *G* gessisset *b* 228 et] ut *A* 233 omnis *ab*

Et adiecit: *Si bona suscepimus de manu domini, mala cur non tolerabimus?* Et alio in loco: *Nudus exivi,* ait, *de utero matris meae, nudus iterum revertar in terram; dominus dedit, dominus abstulit; sicut placuit domino, ita factum est, sit nomen domini benedictum.* Inter dispendia omnium facultatum, inter funera tot natorum, inter atrocissimos sui corporis cruciatus et intestinos dolores opprobrii coniugalis laudat et magnificat omnipotentem dominum verus dei cultor.

Et nos itaque si cultores dei sumus, imitemur patientiam triumphalem, quam solam spoliatus universis non solum facultatibus atque pignoribus, sed ipsis etiam corporis sui carnibus inconcussa fide possidet verus dei cultor. Verus enim dei cultor ille est, cuius fides inter adversa non deficit, cuius lingua benedicere nomen domini sui in omni angustiarum tempore, in omni tribulationum plaga non desinit dicens: *Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Si peccator es, agnosce pro correctione tua esse, quod caederis, vel certe pro purgatione, sicut supra disserui. Si autem iustus es, nomen quidem iusti praesumere non audebis, intelleges tamen ad gloriam tuae probationis evenire, quod pateris. Scriptum est enim: *Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis.* Unde sanctus quoque apostolus dicit: *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit.* — Ergo quoniam vel ad probationem iustis vel ad emendationem peccatoribus vel ad poenam sacrilegis varii cruciatus in hoc saeculo inrogantur et quibusdam mortiferae sunt istae plagae, quibusdam salutares; propterea cum distinctione summa scribitur in libro Psalmorum de pertinacibus quidem malis ita: *Mors peccatorum*

235—238 *Hiob 1, 21 250sq. Ps. 33, 2 253 supra disserui: § 33 255sq. Eccli. 27, 6 257—259 *Rom. 5, 3—5 264sq. Ps. 33, 22

247 verus enim dei cultor *om.* Ω 248sq. in — tempore *om.* Ω 254 gloriae *A* 254sq. gloriae tuae probationem *ab* 264 pertinatibus *A C*

pessima et, qui oderunt iustum, delinquent — utique eorum peccatorum pessimam testatur mortem, qui in scelere delictorum permanere cupientes odiunt verberantem iustum — de emendabilibus autem *Multa*, inquit, *flagella peccatorum*; de sanctis vero *Multae*, ait, *tribulationes iustorum*. Nec difficile omnino est unicuique spiritali, ut hanc diversitatem ex fructibus cuiusque diiudicet, dicente domino: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.*

44 Nam confusa esse apud nos omnia philosophi gentilium iudicant, cum *spiritalis homo discernat et diiudicet omnia*, ut ait apostolus, *ipse autem a nemine iudicetur*. Nonnulli enim prudentium saeculi sapientiae caelestis ignari, dum volunt fortuita adstruere universa, quae creator omnium deus iusto moderamine providenter exercet, ita loquuntur: Si dei providentia gubernaretur hic mundus, numquam promiscue bonos et malos tribulationum, dolorum, aerumnarum atque aegritudinum plagae conficerent, quoniam divinae aequitatis non esset disparibus meritis plagas inrogare consimiles; sed problematis huius invidia facillime
45 evacuatur usitato veritatis exemplo. Notum namque est omnibus, quod et ferri acies et ignis ustio vel ad interitum inrogantur, quando poenam puniendi exigit criminis qualitas, vel ad curam proficiunt, cum sanandi gratia medicinaliter adhibentur. Ita igitur deus omnipotens easdem plagarum species pro qualitatibus temperat meritorum, quosdam quidem puniens, quosdam vero vel emendans a vitiis vel emundans vel certe ad ampliorem gloriam promovens.

46 Quod ut adhuc planius intellegi queat, pauca adiciam sanctarum testimonia scripturarum. Legimus enim: *Sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis;* et alio in loco: *Sicut sagittae in manu potentis, ita filii excussorum.* Filios

---

268 *Ps. 31, 10 269 Ps. 33, 20 271sq. *Matth. 7, 16 274sq. *I Cor. 2, 15 293sq. Ps. 119, 4 295 Ps. 126, 4

---

266 celere *AD* 267 odiunt *codd.* 273 filosophi *A* 278 modo ramine *A* 281 sq. conficerent — esset *om.* Ω 292 plani*us *A*

excussorum beatos apostolos praedicat, quos electos ad fidem — patribus eorum a gratia dei ob incredulitatem suam procul excussis — manus omnipotentis domini Iesu sicut sagittas velociter pervolantes in universum direxit orbem, ut praedicatio eorum iuxta beatissimi Pauli doctrinam *aliis quidem* fieret *odor mortis in mortem, aliis autem odor vitae in vitam.* Doctrina enim veritatis oboedientes 47
vivificat, rebelles interficit, vitia prosternit, virtutes erigit, incredulos deicit, fideles extollit, quoniam Christus Iesus, qui ab apostolis praedicatur, ut Symeon sanctus in evangelio ait, *positus est in ruinam et in resurrectionem multorum.* Ut autem noveris apostolos, qui ex officio sortiti vocabulum Latino sermone destinati nuncupantur, filios esse Iudaeorum a dei gratia excussorum, ausculta, quid ipsis blasphemantibus Iudaeis responderit Christus: *Si ego,* inquit, *in Beelzebub eicio daemonia, filii vestri* — id est apostoli, ex vestra electi progenie, — *in quo eiciunt?* Et 48
ut apertius ostenderet, de quibus loqueretur, adiecit: *propterea,* inquit, *ipsi iudices erunt vestri.* Nam dicit alio in loco apostolis: *Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in resurrectione, cum venerit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et ipsi super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israhel. Sicut sagittae* ergo 49
inquit, *in manu potentis, ita filii excussorum.* Statimque adicitur: *Beatus, qui implebit desiderium suum ex ipsis,* ut evidenter intellegas, quod sagittae dei interdum mortem inferunt, interdum beatitudinem praestant, sicut Iob sancto ac beatissimo praestiterunt, qui ait: *Sagittae enim domini in corpore meo sunt, quarum ira bibit sanguinem meum. Cum enim incipio loqui, stimulant me.* Et post pauca: *Quod si tribuat dominus et veniat petitio mea et spem meam det*

301sq. II Cor. 2, 16 306sq. Luc. 2, 34 310–314 *Luc. 11, 19 315–318 *Matth. 19, 28 318–320 *Ps. 126, 4sq. 323–325 LXX *Hiob 6, 4 325–328 LXX *Hiob 6, 8sq.

306 ait|||| *A* 312 ex — progenie *om.* Ω 316sq. sedem agestatis *A* 320 adicitur] dicitur Ω 322 Iobo *a b*

mihi dominus, qui coepit dominus vulneret me, sed non in
50 *perpetuum interficiat me.* Sunt et plurima istius modi sparsa per totum corpus sanctarum scripturarum, quae studio brevitatis securus praetereo, quoniam scienti legem loquor, 330 qui ex paucis instructus testimoniis facile possis similia exempla colligere, quibus documentis et bonitatem dei provida castigatione suos famulos vel corrigentis a delicto vel promoventis ad gloriam plenius intellegas approbari et eiusdem domini debitis cruciatibus pertinaces impios 335 punientis veram iustitiam recognoscas docente etiam beato apostolo: *Numquid iniustus deus, qui infert iram?* — in eos
51 videlicet, qui veritatem in iniustitia detinent. — De nostra autem castigatione, qua verberamur a deo, ita testatur: *Cum iudicamur*, inquit, *a domino corripimur, ut non cum* 340 *hoc mundo damnemur.* De iustis vero sic loquitur: *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; aporiamur, sed non destituimur; persecutionem patimur, sed non derelinquimur; deicimur, sed non perimus, semper mortem domini Iesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita* 345
52 *Iesu Christi in corpore nostro manifestetur.* Et alibi idem beatus apostolus Paulus, postquam raptum se dixerat usque in tertium caelum et in paradisum, ubi ineffabilia verba audierat, ita continuo addidit: *Ne eminentia*, inquit, *revelationum me extollat, datus est mihi stimulus carnis angelus* 350 *Satanae, qui me colafizet, ut non extollar. Propter hoc ter dominum rogavi, ut discederet a me, et dixit mihi: Sufficit*
53 *tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* Et alia scriptura huic sensui concordans evidentius loquitur: *Quoniam in igne probatur*, ait, *aurum et argentum, homines* 355 *autem iusti in camino humiliationis*, utique ut aestum perpessi temptationum et tribulationum onere inclinati minime

337 *Rom. 3, 5 340sq. *I Cor. 11, 32 341—346 *II Cor. 4, 8—10 349—353 *II Cor. 12, 7—9 354—356 *Eccli. 2, 5

332 a quibus Ω 343 distituimur *AD* 343 persecutionem — 348 verba *in ras. A* 345 domini nostri Ω 348 ad tertium Ω 349 audierit Ω

in superbiam iustitiae suae meritis erigantur, aliquid se contra actuum suorum dignitatem pati mussitantes iniustum, quos non multo post immortalis praemii retributio subsequatur, sed potius ut in humilitate spontanea permanentes, sancti[s] scilicet praediti et humiles corde, probabiliores efficiantur in Christo. Sicut etiam venerandi martyres 54
exstiterunt, qui cum beato apostolo fideliter praesumentes: *non esse condignas passiones huius temporis ad superventuram gloriam, quae revelabitur in sanctis,* universa supplicia pro dei Christi nomine omnesque inrogatos corpori cruciatus aequissimo animo susceperunt, ipsum dei filium remuneratorem victricis patientiae habituri, qui regnum caelorum servis suis usque in finem fidelibus largietur. Cuius sempiterna virtus atque divinitas cum patre et cum spiritu sancto permanet in omnia saecula.

365 sq. *Rom. 8, 18

359 musitantes *ACDF* (*cf. II § 27*) 360 mortalis Ω 362 sanctis *codd.*] sancti: scilicet virtutibus praediti *a* sanctis scil. virtutibus pr. *b* (*cf. Ind. III.*) 372 saecula. FINIT PRAEFATIO AD BENIVOLVM *A* (*In Ω subscriptio deest*).

CAPITVLA.

I. Primus tractatus in Exodum nocte vigiliarum de paschae observatione.

II. Item tractatus secundus regressis a fonte neophitis de ratione sacramentorum, quae catecuminos audire non congruit, licet eadem scripta in evangeliis patere omnibus videantur mystico velamine declarata.

III. Item tractatus tertius primo dominico paschae.

IIII. Item tractatus quartus ex lectione Exodi.

V. Item tractatus quintus ex eodem.

VI. Item tractatus sextus ex eodem.

VII. Item tractatus septimus ex eodem.

VIII. Item de lectione evangelii de id quod dominus Iesus de aqua vinum fecit tractatus primus, qui est in ordine octavus.

VIIII. Item de supra script*is* domini mirabili*bus* de id quod invitatus ad nuptias de aqua vinum fecit tractatus secundus, qui est in ordine nonus.

X. Item de lectione Exodi tractatus octavus, quis sit dies primus, quis septimus; est enim in ordine decimus.

XI. Item excepti tractatus de diversis capitulis ex evangelio, quorum primus est de paralytico die sabbati domino nostro Iesu Christo iubente curato.

XII. Item tractatus ex lectione evangelica ex eo quod ait dominus Iesus: Nunc iudicium est huius mundi.

XIII. Item die natalis domini nostri Iesu Christi tractatus de avaritia Iudae traditoris vel pro pauperibus.

XIIII. Item tractatus de promissione adventus paraclyti.

XV. Item tractatus de tolerantia sanctorum Machabaeorum.

Capitula exstant in AB (cod. B incipit), def. Ω 1 INCIPIVNT CAPITVLA *AB* 2 tractatus *om. B* 2sq. observationē *A* 4 tractatus secundus *om. B* 8 prima dominica *B m 2* 9 III *A* 9. 10. 11. 12 tractatus *s. s. B m 2* 13 de id] de eo *B m 2* (*Cf. Thes. l. Lat. V 43, 30*) 15 scripta dn̄i mirabilia *A*, *B* (*corr. m 2*) de eo *B m 2* 18 octavus *om. B* 21 Christo *om. A* 25 de die *B m 2* 27 XIII *A* 28 XIIII *A*

XVI. Item tractatus die ordinationis in ecclesia coram multis epi-
30 scopis et plebe.
XVII. Item tractatus de concilio sanctorum.
XVIII. Item responsio ad Germinium de vilico iniquitatis.
XVIIII. Item responsio ad Paulum diaconum de id quod dominus noster Iesus Christus dixit apostolis: Quia pater maior me est.

---

29 *Capitula, quae sequuntur, non ab ipso s. Gaudentio sunt composita, qui in Praef. ad Benivolum (§ 7—10) XV tantum priores Tractatus nominat* XVI] XV *A* de die *B m 2* 31 XVI *A* 32 XVII *A* 33 XVIII *A* de eo *B m 2* 34 est. EXPLICIVNT CAPITVLA *A, B* (*m 2 add.* Gaudentii $\overline{\text{epi}}$).

X TRACTATVS PASCHALES.

TRACTATVS PRIMVS
IN EXODVM
NOCTE VIGILIARVM DE PASCHAE OBSERVATIONE.

1 Oportuno tempore dominus Iesus beatissimam festivitatem paschae voluit celebrari post autumni nebulam, post horrorem hiemis, ante aestatis ardorem. Oportebat enim solem iustitiae Christum et Iudaeorum caliginem et rigorem gentilium ante ardorem futuri iudicii placido resurrectionis suae lumine dimovere cunctaque in statum tranquilli primordii revocare, quae fuerant velamine taetro confusa ab
2 illo principe tenebrarum. Nam veris temperie deus condidit mundum. Martio enim mense dixit per Moysen deus: *Mensis hic vobis initium mensuum, primus est in mensibus anni.* Quem mensem verax utique deus primum non diceret, nisi primus esset, sicuti septimum diem non diceret sab-

---

I 5—23 (= § 1—3) *cf.* Ambros. Exam. I 4, 13 sq. (*ed. Schenkl CSEL XXXII 11 sqq.*) 14 sq. *Ex. 12, 2 16 sq. *cf.* Ex. 20, 10

---

1 Tractatus paschales: *cf. Praef. ad Benivolum § 7 et subscriptiones codicum in fine Tr. X.* 2 *Incipit Parisinus Lat. 5358 = I. — Praescribunt codd.*: INCIPIT TRĀC. PRIM. IN EXODVM NOCTE VIGILIARVM DE PASCHE OBSERVATIONE *AB* (*post v.* primus *add.* Gaudentii episcopi *BIa*) nocte vigiliarum *om. I* Incipit primus in .... observatione tractatus Ω (Primus in ... tractatus incipit *F*)

6 celebrare *Bm1* 11 tetro *ABI* retro Ω 14 mensuum *A* (*cf. § 14. 19. 20. 23*)

batum, nisi dominicus primus esset. Filius ergo dei, per 3
quem facta sunt omnia, eodem die eodemque tempore prostratum mundum propria resurrectione resuscitat, quo eum
20 prius ipse crearat ex nihilo, ut omnia reformarentur in Christo, quae in caelis sunt et quae in terra sunt, *quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso omnia,* ut ait apostolus, *ipsi gloria in saecula.*

Nec turbari quisquam nostrum debet, si interdum 4
25 secundo mense, id est Aprili, pascham nos celebrare lunaris ratio et dies cogit dominicus. Secundum lunae enim cursum numerantur in scripturis divinis dies. Ceterum Kalendas et Idus et Nonas et mensium nomina ac dierum gentiles posuerunt, ut puta, quem vetustas humanae memoriae
30 primum mensem tenebat, paganus hunc a Marte Martium nuncuparet, et diem sabbati, quem septimum rationabilium corda servabant, ille Saturni diem statueret appellandum. — Scripturae autem sanctae cum de temporibus aliquid 6
vel referunt vel iubent, ita loquuntur: *decima die mensis*
35 *septimi,* id est luna decima, aut: *quinta* ⟨*decima*⟩ *die mensis septimi* aut: *vicesima die mensis noni* aut: *quarta decima die mensis primi,* ut in Exodi libro pariter nunc audivimus, ubi observatio paschae describitur et septem diebus eiusdem sollemnitatis azyma comedenda mandantur.
40 Praecipit tamen deus et hoc, ut, si quis primo mense vel 7
immundus in anima hominis, id est mortui attactu pollutus, vel extra electum sacrificiis Hierosolymae locum in lon-

---

17 sq. *cf.* Ioh. 1, 3 20 sq. *cf.* Eph. 1, 10 21—23 Rom. 11, 36 34 sq. Lev. 16, 29; 23, 27; *cf.* Num. 29, 7 35 sq. Lev. 23, 34. 39; *cf.* Num. 29, 12 36 *I Esr. 10, 9 36 sq. *Ex. 12, 6. 18 37—39 *cf.* Ex. 12, 2 sqq. 40—44 *cf.* Num. 9, 10 sq.

---

21 sunt *post v.* terra *om. IΩ* 22 sunt *post v.* ipso *Bm2s., I* 25 pascha *Bm2* (m *eras.*) *IΩ ab* 31 noncupare, *sed* u *s.* o *A* 33 sanctae] sacrae *BI* 34 locuntur *AΣF* dicima *A* 35 septimi *G* secundi *ABΣFH ab* ⟨*decima*⟩ *addidi* (*cf. Lev. 23, 34. 39*); *nam quinta dies mensis septimi nusquam in s. scriptura legitur* 37 Exodo *ABI* 40 praecepit *BΩI*

ginquo itinere constitutus pascham non potuerit celebrare,
8 secundo mense celebret. Praevidens quippe deus gentium
populos tunc adhuc hominum mortuorum simulacris im-
mundos et extra sanctum locum ecclesiae in longinquo
positos — utique nos, qui eramus longe et facti sumus prope
in sanguine Christi — dat licentiam, ut, si primo mense nobis
non occurrit et dies dominicus et congruus lunae numerus,
9 secundo mense celebremus. — Et ideo nec intra quartam
decimam lunam nec ultra vicesimam primam celebrare pos-
sumus, quia septem tantum dies sunt azymorum paschalium,
in quibus dominicum quaerimus diem. Vult enim nos
Christus, promulgator legis et gratiae, neque legitimos iuxta
lunae cursum computatos praeterire dies neque diem suae
10 resurrectionis otio ingrato transcendere. Nam sexta feria,
qua hominem fecerat, pro eodem passus est, et die dominica,
quae dicitur in scripturis prima sabbati, in qua sumpserat
mundus exordium, resurrexit, ut, qui prima die creavit
caelum et terram, unde postea hominem faciens figuravit,
prima etiam die omnem repararet hominem, propter quem
fecerat mundum. Haec breviter dixerim de ratione paschali.
11 Sed iam tempus est, ut eorum virtutem, quae in libro
Exodi audivimus, disseramus. Ac primum, quid sit Exodus,
advertamus. Exodus egressio appellatur; egressio autem
fuit de captivitate Faraonis et Aegyptiorum, populi tunc
Israhel, non nostri. Tibi ergo ut quid legitur, si aliis tan-
tum profuit? Quid ad te, quod non pro te? Sed iam disce
ab apostolo magis universa pro te quam pro illis esse, quae
12 scripta sunt. *Lex*, inquit, *umbra erat futurorum bonorum*,
eorum quippe bonorum, quae in nobis completa sunt. Veri-
tas enim Christus adveniens bona, quae ante Iudaeis fecit

---

47 sq. *cf.* Eph. 2, 13 56 sq. *cf.* Gen. 1, 27. 31; Ioh. 19, 31 57 sq. *cf.* Matth. 28, 1 59 sq. *cf.* Gen. 1, 1. 5 60 *cf.* Gen. 2, 7 70 *Hebr. 10, 1

---

43 pascha *B*, (m *eras.*) *I* 56 ingratos *BI* 60 faciens *om. BI* 66 et *om.* Ω 68 sq. Sed iam — pro te *om.* Ω

umbraliter, nobis nunc in veritate largitus est, cum dicit ad discipulos: *Amen dico vobis, multi prophetae et iusti desideraverunt videre, quae videtis, et non viderunt, et audire, quae auditis, et non audierunt. Vestri autem beati oculi, qui vident, et aures, quae audiunt.* Exodus ergo 13 beata atque perfecta consummatur in nobis, quando verus Moyses de Iordanis aqua sumptus, et natura, non positione deus, dominus noster Iesus, virga crucis suae per aquam nos baptismi de captivitate Faraonis educit diaboli ac de omni tenebrarum eius Aegypto eripit, evocans nos in lucis opera de tenebris actuum mundanorum, ubi aliquos adhuc positos increpat beatissimus Paulus: *Debueratis,* inquit, *de hoc mundo exisse; nunc autem scripsi vobis non commisceri.*

Consideremus nunc, quid audiant a deo, qui educuntur 14 ex Aegypto: *Mensis hic vobis initium mensuum, primus est,* ait, *vobis in mensibus anni.* Legimus in Numerorum libro, 15 quod quicumque voverit votum, ut abstineat se aut ab usu coniugali aut a deliciis cuiuslibet vel cibi vel potus usque ad praefinitum tempus, et violaverit illud quocumque lapsu, dies praeteritos ei non imputandos, sed ut ad initium redeat. Sic non sunt imputati Israhelitis illi dies, quos consump- 16 serunt in Aegypto; sed quando ingemuerunt ad deum conversi ab operibus duris et dominus percussit primitiva Aegyptiorum, qui eos servire domino non sinebant, tunc audiunt: *Mensis hic vobis initium mensuum, primus est vobis in mensibus anni.* Sunt enim quidam superstitionum 17 dies et menses et anni, quos abradit, cum reprehendit

74—76 *Matth. 13, 17 76 sq. *Matth. 13, 16 84 sq. I Cor. 5, 10 sq. 87 sq. *Ex. 12, 2 88—92 *cf.* Num. 6, 2—12 94—97 *cf.* Ex. 2, 23; 12, 29 97 sq. *Ex. 12, 2 98—100 *cf.* Gal. 4, 10 sq.

73 umbratiliter *ab* 75 vidistis *Bm1* 80 Iesus Christus *ab* Christus *eras. A om. BΩI* 84 inguiens *ab* 87 mensuum *A*, mensium *cet. codd.* 89 ut] aut *A* aut ab usu coniugali *om.Ω* 90 diliciis *A* 93 inputa*ti *A* 95 primitiva] primogenita *Im1ab* 97 mensium *BΩI* 98 superstitionum] super testimonium *Ω* 99 abradit *codd.* abrogat *ab*

apostolus. Sunt alii, quos praecipit deus et imputat. —
18 Eramus et nos aliquando in Aegypto nescientes deum et luminis ac veritatis ignari, quos urgebant immundi spiritus, veri Aegyptii, laterem facere, terrenis videlicet inservire figmentis; [sed] at ubi conversi ad deum sumus reclamantes ab operibus duris, verberati sunt Aegyptii multiplicibus plagis et primitiva eorum percussa sunt. Salus enim nostra
19 daemonum poena est. Nos autem respiravimus et vivificati sumus; neque enim vivebamus prius in illis diebus, quibus mortui mortuos colebamus. Tunc igitur oportune audivimus: *Mensis hic vobis initium mensuum, primus est in mensibus anni.* Quando novus nobis inluxit dies ille, quem fecit dominus, quando cognovimus mensem novorum sanctum
20 et annum domini acceptum et diem retributionis. — Oportunius autem congruit expositio ista fidelibus, nam catecuminis adhuc tantum primitiva daemonum sunt interfecta; his vero, qui ad gratiam merentur baptismi caelestis accedere, totus exercitus diaboli summergitur ac necatur, ut vere ac merito audiant in Christo renati: *Mensis hic vobis*
21 *initium mensuum, primus est in mensibus anni.* Congruit et paenitentibus haec explanatio, quos iterum tenebrae criminum et Aegypti huius caligo possederat. Nam si ingemescant ad dominum resipiscentes et fugientes ab operibus nequissimis tenebrarum, lumen caelestis indulgentiae consequentur et ad aeternam lucem redient ac salutem.
22 Scriptum est enim: *Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris et scies, ubi eras, cum confidebas in illis. Scies,* inquit, *ubi eras.* Tunc enim se homo in erroribus Aegypti tene-

110sq. *Ex. 12, 2 111sq. *cf.* Ps. 117, 24 112sq. *cf.* Ex. 23, 15; 34, 18; Deut. 16, 1; Esai. 61, 2; Luc. 4, 19 117 *cf.* Ex. 14, 23sqq. 118sq. *Ex. 12, 2 125—127 *Esai. 30, 15 (LXX)

100 praecepit *ΣFH ab* 104 sed ad *A*, *B* (ad *expunct.*) sed at *Ω* sed *I* at *ab* 107 respiravimus|||| et *A* 108 neque] non *Ω* in *om. BI* 110 mensuum *A*, *B* (*m1*) mensium *Bm2 ΩI* 113 domini] dei *BI* 114sq. caticuminis *B* 117 submergitur *Bm2* 119 mensium *Bm2 ΩI*

brarum fuisse intellegit, cum ad lucem veritatis regreditur atque iustitiae. — Potest etiam pio sensu haec eadem ratio 23
accipi de illa luce perpetua, quae post consummationem saeculi iustis ac fidelibus tribuetur, quando penitus fuerit devicta mortis nox a sole iustitiae, ut tunc audiant: *Mensis hic vobis initium mensuum, primus est in mensibus anni,* tunc utique, quando interierit tota potestas Aegyptiorum
et liberati de hac Aegypto verum manna comedemus et de petra ipso Christo bibemus adhaerentes agni immaculati vestigiis ac dicentes: *Adhaesit anima mea post te, me vero suscepit dextera tua.* Et ideo sanctus quisque adhuc in 24
saeculo constitutus suspirat illam, quam modo capere non
potest, futuram lucem, dicens: *Sitivit anima mea ad deum vivum; quando veniam et parebo ante faciem dei? — Nunc* enim *videmus per speculum in aenigmate,* ait sanctus apostolus, *tunc autem facie ad faciem.* — Et modo quidem 25
ad comparationem Iudaeorum atque gentilium, qui in profunda nocte incredulitatis demersi cognoscuntur, et ad eorum comparationem, qui in hereseon caligine ac nocte luxuriae demorantur, nos videmur esse et plane sumus in luce; sed ipsi dies nostri quibusdam nebulis praetexuntur et non habent serenitatis laetitiam dicente propheta: *Dies*
mei sicut umbra declinaverunt. Ibi vero erit nobis ipse 26
dominus lumen aeternum, ut iam non tantum in umbra eius salvemur, sed vivamus semper in splendore claritatis eius, cui omnis honor, virtus et gloria cum patre et cum spiritu sancto ante omnia et nunc et semper et in cuncta
saecula saeculorum. Amen.

132 sq. *Ex. 12, 2 134—136 *cf.* Ex. 14, 28; 12, 37 sqq.; 16, 13 sqq.; 17, 3 sqq. 137 sq. *Ps. 62, 9 140 sq. *Ps. 41, 3 141—143 I Cor. 13, 12 149 sq. Ps. 101, 12

129 ratio] oratio *ab* 133 mensium *Bm2 ΩI* 135 comedimus *A, Bm1* 139 ad illam *ab* quam mundus modo capere *ab* 141 apparebo *ab* 145 dimersi *BI* co*noscuntur (c *eras.*) *A* noscuntur *BΩI ab* 155 Amen. FINIT PRIMVS, INCIPIT TRACTATVS SECVNDVS *A* Explicit tract. primus, incipit tract. secundus *B*, *I* (*om.* tract. *sec. loco*) Finit primus, incipit (tractatus *H*) secundus *Ω*

TRACTATVS SECVNDVS

⟨IN EXODVM⟩

REGRESSIS A FONTE NEOPHYTIS DE RATIONE SACRAMENTORVM, QVAE CATECVMINOS AVDIRE NON CONGRVIT, LICET EADEM SCRIPTA IN EVANGELIIS PATERE OMNIBVS VIDEANTVR.

1 Resurgente Christo a mortuis ultio in Aegyptios per sacramentum baptismi facta est; pavescentibus inferis ipso ad suscitationem sui corporis revertente inimici dei, hostes
2 quippe populi eius, exstincti sunt. Clamat enim spiritus prophetalis: *Exsurgat deus et dissipentur inimici eius et fugiant, qui oderunt eum, a facie eius; sicut deficit fumus, deficiant, sicut liquescit cera a facie ignis, sic pereant*
3 *peccatores a facie dei et iusti epulentur.* — Redemptionem misit pius pater populo suo memor testamenti sancti sui, quod disposuit patribus nostris Abrahae et semini eius in saecula. Potens enim deus suscitavit de lapidibus istis
4 quondam durissimis — gentibus — filios Abrahae. Nunc *dicant omnes, qui redimuntur a domino, quos redemit de manu inimicorum et de regionibus congregavit eos, a solis ortu et occasu, ab aquilone et mari: Quoniam bonus, quon-*
5 *iam in saeculum misericordia eius.* Nam *in exitu* illius *Israhel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro Iudaea* tantum *facta est sanctificatio eius*; nunc autem *Beati omnes, qui timent dominum, qui ambulant in viis eius. Beati, quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt*

II 7—9 *cf.* Ex. 14, 27 sqq. 11—14 *Ps. 67, 2—4 14—17 *cf.* Ps. 110, 9; Luc. 1, 55. 72 17 sq. *cf.* Matth. 3, 9; Luc. 3, 8 19—21 *Ps. 106, 2—3 21 sq. Ps. 106, 1 22—24 *Ps. 113, 1 sq. 24 sq. Ps. 127, 1 25—27 Ps. 31, 1

2 in Exodum *supplevi* (*cf. Tr. I.*) 3—6 Regressis — videantur *om. I* 3 egressis Ω 3 sqq. neophitis, quae cathecuminos ..... videantur. De ratione sacramentorum Ω (De rat. sacr. *in mg. posuit CD*, *om. G*) 7 Aegyptos *A* 18 sq. Nunc — domino *om.* Ω 19 redemuntur *A* 20 et *Db* (*cf. LXX*) *om. ABΩ* (*excepto D*) *Ia*

peccata. Non est enim distinctio Iudaei et Graeci; idem namque dominus, dives in omnes, qui invocant illum, quia sicut scriptum est, *omnis, quicumque invocaverit nomen domini, salvus erit.* Quotquot igitur invocantes dominum 6
salutem recipimus exstinctis Aegyptiis, discamus manducare pascham non sicut insipientes Iudaei, qui post adventum veritatis adhuc umbram sequuntur, ovem quisque per unamquamque domum quarta decima die mensis primi occidens et comedens. Ex quo enim venit, cuius umbra fuerat 7
ista ovis, verus ille agnus dei dominus Iesus, qui tollit peccatum mundi et dixit: *Nisi manducaveritis carnem meam et biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis ipsis*, frustra iam Iudaei carnaliter exercent, quod nisi nobiscum spiritaliter fecerint, habere in se vitam non poterunt. *Lex enim spiritalis est*, ut ait apostolus, et *pascha nostrum immolatus est Christus.*

Quae vero virtutes praefiguratae sint spiritales in ipsa 8
historia Exodi, ubi celebratio paschae narratur, qui sit decimus dies, qui quartus decimus, quae immolatio perfecti masculi anniculi agni ad vesperum, qui sanguis liniendus in postibus, quae convocatio vicinorum, quae calciamenta, qui baculi, quod fermentum, quae azyma, necesse est, ut adiuvante domino a die crastina incipiamus exponere. Modo autem ea solum de ipsa lectione carpenda sunt, quae praesentibus catecuminis explanari non possunt et necessario tamen sunt aperienda neophytis.

In umbra illius legalis paschae non unus agnus oc- 9
cidebatur, sed plures; singuli enim occidebantur per domos, nam sufficere unus non poterat universis, quoniam figura erat, non proprietas dominicae passionis. Figura etenim non 10

27 sq. Rom. 10, 12 29 sq. Rom. 10, 13 30—35 *cf.* Ex. 12, 3 sqq. 36 sq. *cf.* Ioh. 1, 29 37—39 *Ioh. 6, 54 41 Rom. 7, 14 41 sq. I Cor. 5, 7 44–48 *cf.* Ex. 12, 3 sqq. 54 sq. *cf.* Ex. 12, 3

29 sicut *om. BI* 32 pascha *Bm 2* (m *eras.*) *ΩIab* 37 peccata *Ωab* mudi *A* 43 sunt *Ωab* 46 masculini *A* (ni *eras.*) anniculi] agniculi *Σ* 47 vocatio||| *A* 56 etenim] enim *BI*

est veritas, sed imitatio veritatis; nam et homo ad imaginem dei factus est, nec tamen idcirco deus est, tam[en]etsi ea ratione, qua imago dei dicitur, dicatur et deus, quoniam
11 natura unus deus est, positione plures. — Ergo in hac veritate, qua sumus, unus pro omnibus mortuus est et idem per singulas ecclesiarum domos in mysterio panis ac vini reficit immolatus, vivificat creditus, consecrantes sanctificat consecratus. Haec agni caro, hic sanguis est. Panis enim, qui de caelo descendit, ait: *Panis, quem ego dabo, caro mea*
12 *est pro saeculi vita.* Recte etiam in specie vini sanguis eius exprimitur, quia, cum ipse in evangelio dicit: *Ego sum vitis vera,* satis declarat sanguinem suum esse omne vinum, quod in figura passionis eius offertur; unde beatissimus patriarcha Iacob de Christo prophetaverat dicens: *Lavabit in vino stolam suam et in sanguine uvae amictum suum*; stolam quippe nostri corporis, indumentum suum,
13 proprio erat sanguine diluturus. Ipse igitur naturarum creator et dominus, qui producit de terra panem, de pane rursus — quia et potest et promisit — efficit proprium corpus; et qui de aqua vinum fecit, fecit et de vino sanguinem suum.

14 Qualiter itaque manducari debeat agnus iste, ex ipsa lectione debemus advertere. *Non edetis,* inquit, *ab eo crudum neque coctum in aqua, sed assata igni, caput cum pedibus et interaneis.* Duae sunt spiritales intellegentiae in his dictis, quarum si unam sequaris, ambas noveris.
15 Omne corpus divinae scripturae tam Veteris quam Novi Testamenti filium dei continet, vel venturum promittens in

---

57sq. *cf.* Gen. 1, 26sq. 59 *cf.* Ex. 22, 8. 28 64sq. *cf.* Ioh. 6, 51 65sq. *Ioh. 6, 52 67sq. Ioh. 15, 1 71sq. *Gen. 49, 11 76 *cf.* Ioh. 2, 1sqq. 79—81 *Ex. 12, 9 82 *cf.* Terent. And. Prol. 10

---

58 tametsi *A* tamenetsi *Bm1* (en *eras. m2*) *ΣH* 59 q$\overline{\text{nm}}$ *A* q$\overline{\text{m}}$ *BI* q$\overline{\text{uo}}$ *Σa* quomodo *b* 66 tum sanguis *a* 73 diluturus *Bm2 ΩI* diliturus *A* deleturus *Bm1* abluiturus *a* abluturus *b* 76 fecit *ABI* facit *Ω* 79 inquit] quid *ab*

hominem vel iam venisse declarans. Unde beatus Philippus inventus a Christo invenit Nathanahel et dicit ei: *Quem scripsit Moyses in lege et prophetae, invenimus Iesum, filium Ioseph a Nazareth.* Et quid plura, carissimi? In ipso continetur omnis lex et vetus et nova et, ut ita dixerim, ipse est anima legis. Ipse enim per Moysen locutus est, 16
cum dicit illi: *Ego aperiam os tuum et inspirabo, quae debeas loqui*, ipse et per prophetas, cum dicit: *Qui loquebar in prophetis, ecce adsum*, ipse etiam per apostolos, cum dicit Paulus: *An experimentum quaeritis eius, qui in me loquitur Christus?* — Has igitur immaculati agni carnes, id 17
est doctrinae eius viscera, neque cruda sine interpretatione sumi oportet neque cocta in aqua, id est eorum dissertione dissoluta atque decocta, qui velut aqua deorsum fluunt nihil supernum sentientes, *sed assata*, inquit, *igni*, id est spiritu divino solidata atque tosta[ta]. Ignis enim sursum versus tendit. Unde dicebat dominus Iudaeis: *Vos de inferioribus estis, ego de supernis sum.*

Ergo quoniam membra agni dei scripturas eius diximus, videamus, quid est caput cum pedibus [eius] et interaneis, videlicet ut in capite divinitatem accipias in quattuor evangelistarum testimonio, pedes ad incorporationem sumas circa finem saeculi celebratam — pedes enim extremae partes sunt corporis — in interaneis autem percipias occulta mysteria. 18

Et non relinquetis, inquit, *ex eo usque in mane et os non confringetis ex eo. Quae autem superfuerint ex eo* 19

85—88 Ioh. 1, 45 91sq. *Ex. 4, 12 92sq. *Esai. 52, 6 94sq. II Cor. 13, 3 95—97 *cf.* Ex. 12, 9 99 *Ex. 12, 9 101sq. *Ioh. 8, 23 104sq. *cf.* Ex. 12, 9 110—112 *Ex. 12, 10 (LXX)

85sq. beatus Andreas dicebat ad fratrem suum Simonem Petrum: Quem scripsit (*cf. Ioh. 1, 40sq.*) Ω 88 carissime *AEH* 91 dixit *ab* hostuum *CE* hostium *H* 95 Christi *CDG* 96 cruda, id est sine *I* 98 adque *A* 100 tosta *A* tostata *BCI* ostata *DG* ostentata *F* (*om. EH*) *CD in marg. adscr. haec*: In divinis voluminibus nihil carnale sentiendum. 101 versum *ab* 104 pedibus eius *BI* 111 confringetis *AB* comminuetis Ω

usque in mane, igni cremabitis, hoc est, si qua mysteriorum superaverint in mane illius futurae resurrectionis manifestanda, quae capere modo non possumus. — *Modo* enim *scio ex parte*, inquit apostolus, *tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum* — haec igni cremanda sunt, id est divino tradenda spiritui, ut ea, quorum rationem modo non capimus, ardentis fidei spiritu consumantur. Quod autem dicit: *Os non conteretis ex eo,* hoc praecipit, ut omne, quod est in scripturis robustius atque validius, non comminuatur neque quassetur, sed solidum maneat; quod praeceptum non custodientes merito vae excipiunt ab eo, cuius ossa comminuunt. *Vae vobis*, inquit, *scribae et Pharisei hypocritae, qui decimatis mentam et anetum et cyminum et reliquistis, quae fortiora sunt legis, iudicium et misericordiam et fidem.* Haec sunt ossa agni. Et alibi ad ipsos: *Irritum facitis*, inquit, *verbum dei, ut traditiones vestras statuatis.* Adicit vero deus in Exodo superioribus dictis haec: *Sic autem comedetis illum* — agnum quippe —: *lumbi vestri praecincti et calciamenta vestra in pedibus vestris et baculi in manibus vestris et edetis illud festinanter. Pascha est enim domini.*

De calciamentis et baculis longa ratio est, alio tempore disseretur. De praecinctione lumborum, quod frequenter a me latius vobis dictum est, breviter nunc dicetur. Scribitur in Hieremia: *Et tu praecinge lumbos tuos et dices ad populum,* et cetera. Et ad sanctum Iob: *Praecinge tamquam vir lumbos tuos; interrogabo autem te, tu vero responde*

114—116 *I Cor. 13, 12 119 *Ex. 12, 10. 46 123—126 *Matth. 23, 23 127 sq. *Matth. 15, 6 129—132 *Ex. 12, 11 136 sq. *Hier. 1, 17 137—139 *Hiob 38, 3 sq.

113 superaverint, servabitis in *Bm2 s. s. N* 116 *in marg.* Ubi erit deus omnia in omnibus ..... videbimus sicuti est *CD* 118 consummentur *A* consumentur *Bm1* (e *eras. et* a *s. s.*) *Ω* consumantur *Iab* (*cf. § 29*) dicit] dit *A* dixit *ab* 120 in *deest in A* 121 cassetur *A* 123 sq. hypochritae *A* 124 aenetum *A* 129 agnum sint (*Bm2 s. s.*) quippe *BI* videlicet (*loco* quippe) *ab* 131 festinantes *A* 133 ratio quae *ab* 138 respondeas *ab*

mihi: Ubi eras, cum ego fundarem terram? et reliqua;
apostoli quoque audiunt: *Sint lumbi vestri praecincti*; et
cur istud tantopere iubeatur, in Iohanne Baptista cognoscitur, qui zona pellicia praecinctus erat circa lumbos suos.
Lumborum ratio quae sit, significat apostolus in epistula 23
ad Hebraeos: *Adhuc*, inquit, *in lumbis patris erat Levi* —
id est sacerdotale genus — *quando occurrit illi Melchisedech. Illi* — cui? Sancto utique Abrahae. Zona ergo pellicia
circa lumbos mortificationem significat vitiorum. Pellis
enim, quae aptatur in usum, non nisi mortui animantis est.
Oportet ergo nos ex praecepto dei mortificare prius con-
cupiscentias carnis et sic accipere corpus Christi, qui pro
nobis est in saeculi Aegypto immolatus. *Propter quod probet se homo*, ut ait apostolus, *et sic de isto pane manducet et de calice bibat.* Quod autem dicit cum festinatione 24
illud manducandum, praecipit, ne lento corde et ore languido
sacramentum dominici corporis sumamus et sanguinis, sed
cum omni aviditate animi, quasi vere esurientes et sitientes iustitiam. *Beati* enim, dicit dominus Iesus, *qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur.*

Concludens autem proposita lectio praeclara, quae 25
dixerat, fine dignissimo ait: *Pascha est enim domini. — O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae dei! — Pascha est*, inquit, *domini*, hoc est transitus domini, ne terrenum
putes, quod caeleste effectum est per eum, qui transiit in
illud et fecit illud suum corpus et sanguinem. Nam quod 26
supra generaliter exposuimus de edenda carne agni, specialiter in degustandis servandum est iisdem mysteriis dominicae passionis, ut neque crudam carnem crudumque san-

140 Luc. 12, 35 141 sq. *cf.* Matth. 3, 4 144—146 *Hebr. 7, 10 146 *cf.* Gen. 14, 18 sqq. 151—153 *I Cor. 11, 28 157 sq. *Matth. 5, 6 160 *Ex. 12, 11 160 sq. Rom. 11, 33 161 sq. = 160 164 sq. *cf. supra* § 14

143 sq. *in marg.* mortificatione videlicet vitiorum *CD* 149 *in marg.* Similiter omnes dixerunt *CD* 151 nobis servientibus in ... est immolatus *ab* 159 sq. quae dixerat] qua edisserat Ω 161 et sapientiae *a* (= *text. Graec.*) 166 hiisdem *ABD* hisdem *cet. codd.* (h *eras. I*)

guinem, sicut Iudaeus, esse putes et respuas dicens: *Quomodo potest iste dare nobis carnem suam manducare?* neque in olla cordis carnei humoribus per naturam semper obnoxii ipsum decoquas sacramentum, commune illud ac terrenum esse existimans, sed ut per ignem divini spiritus id effectum, quod adnuntiatum est, credas, quia, quod accipis, corpus est illius panis caelestis et sanguis est illius sacrae vitis. Nam cum panem consecratum et vinum discipulis suis porrigeret, sic ait: *Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.* Credamus, quaeso, cui credidimus. Nescit
27 mendacium veritas. Ideo cum de corpore suo manducando et sanguine suo bibendo turbis loqueretur stupentibus ac mussitantibus: *Durus est hic sermo et quis eum potest audire?*, ut abstergeret per ignem caelestem eas cogitationes, quas vitandas esse praedixi, sic adiecit: *Spiritus est, qui vivificat, nam caro nihil prodest. Verba, quae ego locutus sum vobis,*
28 *spiritus et vita sunt.* — Et idcirco caput divinitatis eius cum pedibus incorporationis et interioribus simul iubemur manducare mysteriis, ut pariter universa, quemadmodum tradita sunt, credamus, non infringentes os ipsius illud soli-
29 dissimum: *Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.* Si quid autem superavit etiam nunc in uniuscuiusque sensu, quod expositione ista non ceperit, ardore fidei concremetur, quoniam *Deus noster ignis consumens est*, purgans, erudiens et inluminans corda nostra ad intellegentiam divinorum, ut et ipsius a Christo instituti sacrificii caelestis causam rationemque noscamus, inenarrabili dono eius sine
30 fine gratias relaturi. — Nam vere istud est hereditarium munus Testamenti eius Novi, quod nobis ea nocte, qua

168 sq. *Ioh. 6, 53 176 sq. Matth. 26, 26. 28; Marc. 14, 22. 24 180 Ioh. 6, 61 181 sq. *cf. supra* v. 170 sqq. 182—184 *Ioh. 6, 64 184 sq. *cf.* Ex. 12, 9 187 *cf.* Ex. 12, 10 (*sec.* LXX) 188 = 176 sq. 188 sq. *cf.* Ex. 12, 10 191 *Hebr. 12, 29, *cf.* Deut. 4, 24

177 credimus *Bm1* (di *s. s.*) *EH* 178 veritas|| *A* 180 musitantibus *AΣ* 189 quid] quis *Am1* superaverit *I* superfuerit *ab* 191 consumens] comburens *Ω*

tradebatur crucifigendus, tamquam pignus suae praesentiae dereliquit. Hoc illud est viaticum nostri itineris, quo in hac via vitae alimur ac nutrimur, donec ad ipsum pergamus de hoc saeculo recedentes; unde dicebat idem dominus: *Nisi manducaveritis meam carnem et biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis ipsis.* Voluit enim 31 beneficia sua permanere apud nos, voluit animas pretioso sanguine suo redemptas semper sanctificari per imaginem propriae passionis et ideo discipulis fidelibus mandat, quos primos et ecclesiae suae constituit sacerdotes, ut indesinenter ista vitae aeternae mysteria exercerent, quae necesse est a cunctis sacerdotibus per singulas totius orbis ecclesias celebrari, usque quo iterum Christus de caelis adveniat, quo et ipsi sacerdotes et omnes pariter fidelium populi, exemplar passionis Christi ante oculos habentes cottidie et gerentes in manibus, ore etiam sumentes ac pectore, redemptionis nostrae indelebilem memoriam teneamus et contra venena diaboli dulcem medicinam sempiterni tutaminis consequamur, sicut spiritus sanctus hortatur: *Gustate et videte, quoniam suavis* [*est*] *dominus.*

Quod autem sacramenta corporis sui et sanguinis in 32 specie panis ac vini offerenda constituit, duplex ratio est. Primum, ut immaculatus dei agnus hostiam mundam mundato populo traderet celebrandam sine ustione, sine sanguine, sine bromo, et quae omnibus ad offerendum prompta esset ac facilis. Deinde quoniam panem de multis tritici granis in pollinem redactis per aquam confici et per ignem necesse est consummari, rationabiliter in eo figura accipitur

---

201 sq. *Ioh. 6, 53 205 sqq. *cf.* Luc. 22, 19; I Cor. 11, 24 sq. 215 sq. Ps. 33, 9

---

198 dereliquid $A\Sigma I$ quo] quod A 206 et *om.* Ω 213 indebilem $B\,m\,1$ 216 est *om.* $A\,a$ (= *LXX*) 221 bromo *codd.* brodio $a\,b$, *quod vocabulum 'Italicae linguae iam tum exordientis' tuetur* b (*Galeardi ed., p. 244, adnot.* = *Mg. XX 859*) brodio, id est iure carnium, et $a\,b$ 222 esse A quoniam] q$\overline{\text{nm}}$ ABI q$\overline{\text{uo}}$ Σa quomodo b 223 impllinem CE in ollinem D in pulverem I (*in ras.*) redacti sunt $B\,m\,1$ et ΣH, *deest in* AB

corporis Christi, quem novimus ex multitudine totius humani generis unum esse corpus effectum, [et] per ignem
33 sancti spiritus consummatum. Natus est enim de spiritu sancto et, quoniam sic eum decebat implere omnem iustitiam, aquas baptismi, ut consecraret, ingreditur et exinde plenus sancto spiritu, qui super eum in figura columbae descenderat, ab Iordane regreditur testante evangelista: *Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est ab Iordane.* Similiter et sanguinis eius vinum ex pluribus acinis vineae ab ipso plantatae collectum in torculari crucis exprimitur et per capacia vasa fideli corde sumentium propria virtute fervescit.
34 Hoc sacrificium paschae salutaris omnes de potestate Aegypti et Faraonis diaboli exeuntes tota nobiscum religiosi cordis aviditate percipite, ut ab ipso domino nostro Iesu Christo, quem sacramentis suis inesse credimus, viscerum nostrorum sanctificentur interna; cuius virtus inaestimabilis permanet in omnia saecula.

TRACTATVS TERTIVS

DE LECTIONE EXODI.

PRIMA DOMINICA PASCHAE.

1 Deus loquitur per prophetam: *Ecce ego facio caelum novum et terram novam, et luna lucebit sicut sol et sol*

228sq. *cf.* Matth. 3, 15 229—231 *cf.* Luc. 3, 21sq. 232 Luc. 4, 1 III 4sq. *Esai. 65, 17 (*cf.* Es. 66, 22) 5sq. *Esai. 30, 26

232 inde ab *a* 233 acinis, id est uvis vineae *ab* 238 aviitate *A* 240 in terra *A* 241 saecula. Amen *I Finit cod. I* saecula. FINIT TRACT. SECVNDVS, INCIPIT TRACT. TERTIVS *AB* Finit (Explicit sermo *H*) secundus, incipit de eadem lectione tertius Ω (De eadem lect. tert. inc. feliciter *F*)

III 1 *Incipit Paris. Lat. 1788 (L), qui cum cod. I olim unum effecit librum, ita*: Explicit tr. secundus, Incipit tertius. Prima dominica pasche. 2 de lectione Exodi *posui* (*cf.* Ω) 3 dominichae *A* (*at cf. Capitula*: primo dominico)

septies tantum. Quamvis elementorum futuram renovationem praedicet post huius saeculi finem, *ipsa* utique *creatura*, ut ait apostolus, *liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei.* Neque enim, 2
carissimi, vel elementa sic deficiunt, ut non sint, vel nos sic morimur, ut non meliorati [re]surgamus; tamen et hoc die promissionem domini cernimus esse completam renovatas ad instar caeli ac terrae neophytorum animas intuentes et corpora. Lunam quoque, id est ecclesiam, 3
quae in pace crescit, in persecutione minuitur — minuitur autem globo plenitudinis, non lumine claritatis — nunc eam sicut solem cernimus per totum splendere orbem. Ceterum quod sol iustitiae Christus septies tantum terris 4
hodie luceat quam lucebat, radii eius testes sunt, qui inluminant omnem hominem venientem in hunc mundum. Nunc enim coruscat ex ipso igneus ille spiritus septiformis, qui velut ignis sedit super apostolos et ardet hodie in unoquoque credentium. Nam priusquam pateretur ac re- 5
surgeret Christus, *notus* erat tantum *in Iudaea deus*, nunc in omnes gentes fulgor claritatis dominicae pertransiit. *A summo* enim *caeli egressio eius et occursus eius usque ad summum eius nec est, qui se abscondat a calore eius.* Ergo quoniam reparatus est hodie mundus, agamus 6
exsultantes natalem reformationis mundi. *Hic est dies, quem fecit dominus, exsultemus et laetemur in eo.* — Mundi 7
vero natalem cum dico, nostrum dico, qui renati sumus in Christo, qui eramus ante viventes quidem peccato, mortui autem iustitiae, et nunc iniquitatibus criminum mortui pristinorum vivere deo iam coepimus, conformes effecti primum mortis, deinde resurrectionis Christi. Con-

7—9 Rom. 8, 21 18 *cf.* Mal. 4, 2 19sq. *cf.* Ioh. 1, 9 21sq. *cf.* Esai. 11, 2sq.; Act. 2, 3 24 Ps. 75, 2 26sq. Ps. 18, 7 29sq. *Ps. 117, 24 31—38 *cf.* Rom. 6, 3sq.

11 resurgamus *BL* in hoc *DH* 19sq. *in marg. C*: hoc est apostoli qui ex ipso lucent. 21 coruscat|| *A* 29 hic] hac *Am1* (a *eras.*) hec *D* 34 coepimus] accepimus *ΣFH*

sepulti enim sumus cum ipso per baptismum in mortem, ut, quemadmodum Christus resurrexit a mortuis, ita et nos in novitate vitae ambulemus diem festum celebrantes et gloriantes in cruce domini nostri Iesu Christi, qui acceptus decima die mensis primi quarta decima die ad vesperum mundi ab Iudaeis est immolatus.

8 Sed quid significet ille decimus dies, quid quartus decimus, ut promissioni hesternae satisfaciam, prout
9 dominus largiri dignabitur, explanabo. Ait deus sancto Moysi: *Loquere ad omnem synagogam filiorum Israhel dicens: Decima die mensis huius sumat unusquisque ovem per domos familiarum, ovem per singulas domos. Quod si pauci erunt in domo, ita ut non sufficiant ad ovem, adsumet secum vicinum proximum suum secundum numerum animarum; unusquisque, quod sufficiat sibi, computabit in agno. Agnus autem perfectus masculus, anniculus erit vobis; ab agnis et haedis sumetis; et erit vobis servatus usque in quartam decimam mensis huius et occident illum omnis multitudo synagogae filiorum Israhel ad vesperum. Et sument de sanguine et imponent super duos postes et super limen in domibus, in quibus manducaturi sunt in eis.*
10 Multiformis sapientia dei ita per legem loquitur, ut iisdem dictis futura praenuntiet, quibus fieri salubriter iubet instantia. — Iudaeos tunc in his observationibus secuturae veritatis umbra salvavit, significans pariter, quod eorum posteri beneficiorum immemores divinorum ipsum advenientem trucidaturi essent, cuius sub umbra salvati sunt.
11 Ab ipsis enim Christus in hunc mundum veniens *sicut ovis ad victimam ductus est;* cuius agni nos sanguinem — signum videlicet passionis — vel in duobus postibus, seu

39 *cf.* Gal. 6, 14 43 *cf.* Tract. II, § 8 45—56 *Ex. 12, 3—7 63 sq. *Esai. 53, 7 65 sq. *cf.* Ex. 12, 7

37 quemammodum *Bm1* 38 vitae *om. A* 39 acceptus est (est *punctis subditis*) *B* 44 deus] dūs *BL* 46 die *A, fort. delendum; om. cet. codd. et LXX* 50 cumputabit *A* 56 in eis *codd.* eum *ab* 57 hisdem *codd.*

fide et opere, seu corde et ore, vel in liminibus habentes nostrarum frontium, ab omni incursu saevientis plagae protegimur. Quod autem decima die agnus accipitur et 12
quarta decima immolatur, hoc significari perspicio, quia
70 Iudaeorum populus filium dei in Decalogo legis acceptum et post transmigrationem Babylonis, sicut scriptum est, quarta decima generatione nascentem crucifixurus esset ad vesperum. Ad vesperum autem sive huius mundi, quia novissimis temporibus saeculi passus est, sive etiam ad
75 istius solis occasum, quoniam crucifixo domino occidit sol meridie. Nam *ab hora sexta tenebrae factae sunt super universam terram usque ad horam nonam.* Quid potuit esse tam vesperum?

Nec illud otiosum putes, quod cum superius im- 13
80 perativo modo dictum sit: *sumant ovem per domos*, infra indicativo modo praenuntietur: *occident eum omnis multitudo synagogae filiorum Israhel ad vesperum.* — '*Occident*' ait, non 'occidant'. Synagoga quippe Iudaeorum, quod erat crudeliter factura praedictum est, non, ut fieret,
85 iussum est; nec ideo factum est, quia praedictum erat, sed ideo praedictum est, quia erat futurum, ut praescientiam suam deus in his, quae per libertatem arbitrii hominum futura erant, ostenderet. Libertatem diximus arbitrii, quia 14
voluerunt Iudaei facere, quod fecerunt; et utique, si
90 noluissent, non fecerant. Certe ingentis sacrilegii est vel cogitare, quod deus, qui non solum bonus et iustus est, sed ipse bonitas est et ipse iustitia, vel iubeat aliquid vel

68sq. *cf.* Ex. 12, 3. 6 70sq. *cf.* Matth. 1, 17 76sq. Matth. 27, 45 80 *Ex. 12, 3 81sq. *Ex. 12, 6

66 liminaribus *ab* 67 frontium] on *in ras. A* 69 hoc] haec Ω spi*cio *A* 75 istius *codd.* ipsius *ab* 79sq. *in marg.*: Totum perfecte *CD* 80 infra — 86 futurum *in ras. A* 81 pronuntietur *Bm2 ΩLab* 82sq. *in marg.*: Non quod de futuro agno haec dicebantur *CD* 82sq. Occident eum *L* 85sq. nec ideo — sed ideo praedictum est *om.* Ω 90 fecerant *AΣ* facerent *BL Pantagathus in mg. H* fecissent *ab* ingens sacrilegium *Bm2, L* 92 ipse . . ipse *codd.* ipsa . . ipsa *Pantagathus in H, ab*

cogat fieri, quod factum damnet. An fortasse putamus, quia, si paenituissent Israhelitae, aliter omnipotens filius dei salvare non potuerit mundum? *Quis enim cognovit*
15 *sensum domini aut quis consiliarius eius fuit?* Considera in evangelio, quomodo exspectaverit Christus paenitentiam Iudaeorum, ubi exprobrat civitatibus, in quibus factae sunt plurimae virtutes eius, quod non egerint paenitentiam: *Vae tibi,* inquit, *Chorozain, vae tibi, Bethsaidan! quia, si in Tyro et Sidone factae fuissent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim utique in cilicio et cinere sedentes paenitentiam egissent. Verumtamen dico vobis: Tyro et Sidoni remissius erit in die iudicii quam vobis. Et tu, Capharnaum, ne usque in caelum extollaris, usque in infernum demergeris,* inquit; *quia, si in Sodomis factae fuissent virtutes, quae factae sunt in te, mansissent utique usque in hodiernum; sed tamen dico vobis, quia terrae*
16 *Sodomorum remissius erit in die iudicii quam vobis.* Praescientia quidem dei non fallitur, sed nec homini concessa semel voluntatis libertas aufertur, ne nihil de eo iudicari possit, qui liber non fuerit in agendo. Pertinaciam mali
17 damnat deus, conversionem paenitentis amplectitur. Sed dicas: Numquid mentiri poterat deus, qui facturos eos praedixerat, quod fecerunt? Quanta sit virtus omnipotentiae eius non adsequimur, *qui vocat ea, quae non sunt, tamquam quae sunt.* Mentiri eum putamus potuisse, si ea, quae
18 praedixit, impleta non fuissent. Ergo et Ninevitis mentitus est? Dixit enim: *Adhuc triduum et Nineve evertetur* — et

95 sq. Rom. 11, 34 99—109 *Matth. 11, 21—24, *cf.* Luc. 10, 12—15 116 sq. *Rom. 4, 17 119 *Ion. 3, 4 (LXX)

93 cogat] cogitat Σ damnet admirabiliter Ω (*fuit glossa margin.*) 94 omnipotenst *A* 100 Bethsaidan *AH* Bethsaida *BLab* Bethsaidam Σ 101 Sydone *ACE* 105 ne (quae *ab*) .. extolleris *codd.* extollaris *scripsi* (*cf. textum Graec.*) 106 dimergeris *Bm2* detraheris *L* 108 hodiernum diem *Dab* 109 sq. praesentia *Bm1* (ci *s. s. m2*) 114 dicis *B* (i *sup.* a) *L* 117 sint *AB* putamus |||||||| potuisse *A* putaremus *ab* 118 fuissent| *A*

eversa non est, quia paenitentiam egit in praedicatione Ionae. Sed intellege, quia sermo dei gladius est ex utraque parte acutus. Nineve aliter evertenda fuerat et eversa est aliter; evertenda fuerat excidio, si permansisset in sua nequitia; eversa est iniquitas eius, quia paenituit. *Sicut* 19 *distat caelum a terra*, dicit deus hominibus, *ita distant sensus mei a sensibus vestris et cogitationes meae a cogitationibus vestris.* Scriptum est: *Altiora te ne quaesieris et sublimiora te ne scrutatus fueris; multos enim supplantavit suspicio eorum.*

Iustum crede deum, carissime, et verum et pium in 20 omnibus dictis atque operibus suis, ut perfectam sapientiam consequaris.

Agnus enim *perfectus, masculus,* inquit, *anniculus* 21 *erit vobis,* ut nihil mediocre de perfecto sentias, nihil infirmum de masculo, nihil de anniculo semiplenum. Perfectus est, quia in ipso habitavit omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Masculus est, quippe qui vir fuerit nasci dignatus ex virgine, ut sexui utrique consuleret. Anniculus est, quia post illud baptismum, quod pro nobis in Iordane susceperat, usque ad passionis suae diem unius anni tempus impletur, et ea tantum scripta sunt in evangeliis, quae in illo anno vel docuit vel fecit; nec ipsa tamen omnia. Sic enim dicit evangelista Iohannes: *Multa quidem* 22 *et alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum* — eorum quippe, quos post baptismum scribitur elegisse

---

121 sq. *cf.* Hebr. 4, 12 124—127 *Esai. 55, 9 127—129 *Eccli. 3, 22. 26. 133 sq. *Ex. 12, 5 136 sq. *cf.* Col. 2, 9 139—143 *cf.* Filastrius, Div. heres. c. 106, 3 (*ed. Marx, CSEL. XXXVIII.*) 143—148 *Ioh. 20, 30 sq. 145 *cf.* Ioh. 1, 37 sqq.

---

122 sq. est. aliter evertenda *ABa* 123 aliter. Evertenda *ΣHL* 124 eversa Ω (concisa *D*) *ab* evertenda *A*, *Bm1* 130 Iustum itaque *ab* deum] dominum Ω*ab* 131 sq. sapientia *A* 136 habitabit *AB* 137 fuerat Ω 138 dignatur *A* 142 Nec *ADL* 145 scribitur] scripturae *Bm1* scripture legisque *CEH* inquid *Am1*

— *quae non sunt*, inquit, *scripta in hoc libro; haec autem scripta sunt, ut credatis, quia Iesus est Christus filius dei, et ut credentes vitam aeternam habeatis in nomine eius.* De his autem, quae ante illum gessit annum, sic idem Iohannes in postremis sermonibus libri testatur: *Sunt autem et alia multa, quae fecit Iesus; quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos libros, qui*
23 *scriberentur.* Solus plane Lucas evangelista memoravit praeteriens, quod duodecim annorum praeditus dominus Iesus in templo repertus sit a parentibus, sedens in medio doctorum, audiens eos et interrogans et quod dixerit parentibus: *Quid quaerebatis me; nesciebatis, quia in patris*
24 *mei oportet me esse?* — Hic est annus domini acceptus, quem de Esaiae libro ex persona sua scriptum in synagoga legens dominus Iesus ait: *Hodie impleta est haec scriptura in auribus vestris.* Hic est annus, cuius coronam — victorialem quippe circulum operibus bonitatis Christi benedicendum — propheta laetus nuntiavit in psalmo: *Benedices,* inquit, *coronam anni benignitatis tuae et campi tui replebuntur ubertate,* corda nempe credentium populorum percepto semine verbi vitae fructu etiam centesimo
25 redundabunt. — Quod si in cruce simul cum Christo pendentium latronum fractis cruribus ideo salvatoris crura non fracta sunt, sicuti sanctus evangelista testatur: *ut scriptura impleretur, quae ait: Os non confringetur ex eo,* debuit iuxta praedictam rationem agnus iste dei anniculus immolari, ut omnia, quae de illo scripta sunt, complerentur in ipso, cui[us] est omnis honor, virtus et gloria cum patre

150—153 *Ioh. 21, 25 157sq. *Luc. 2, 49 158sq. *cf.* Esai. 61, 2 160sq. Luc. 4, 21 163—165 *Ps. 64, 12 165—167 *cf.* Matth. 13, 23 169sq. *Ioh. 19, 36 (*cf.* Ex. 12, 46)

154 praeditus *ABLa* (*cf. Ind. III.*) praedictus *Ωb* 157sq. in (iis quae *Bm2 s. s.*, hisquae *L*) patris mei (sunt *Bm2 s.*, *L*) oportet *ABΣ* (= *ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου . .*) 159 ex Isaiae libro de *b* 166 percepto] er *in ras. A* 170 confringetis *CEGH* 173 cuius *Ω* (*at cf. doxologiam in fine Tract. I., IV., V. cet.*)

et cum spiritu sancto ante omnia et nunc et semper et in
175 cuncta saecula. Amen.

TRACTATVS QVARTVS
DE LECTIONE EXODI.

Carnalem Iudaicae paschae observantiam spiritalibus 1
typis refertam trino iam tractatu docuimus, semel hesterno
5 die et bis in vigiliis allocuti caritatem vestram, evidenter
probantes, quod immolatio carnis et sanguinis umbraliter
iussa recte cessaverit adveniente agno dei Christo, qui
iuxta apostolum *finis legis est, ad iustitiam omni credenti.*
Nam et ipse beatissimus Paulus, dum esset adhuc in 2
10 Aegypto, cum Iudaeis pascha*m* ritu Iudaico celebrabat;
sed postquam placuit ei, qui me segregavit de utero matris
meae, inquit, *et vocavit per gratiam suam, ut revelaret*
filium suum in me, continuo non adquievi, ait, *carni et*
sanguini. Ergo, quoniam non oportet rebus carnalibus 3
15 immorari eum, cui filius dei fuerit revelatus, quaeramus
reliquas mysteriorum spiritalium partes in visceribus pro-
positae lectionis.

IV 4sq. semel hesterno die: Tr. III. 5 bis in vigiliis: Tr. I. et II. 8 Rom. 10, 4 11—14 *Gal. 1, 15sq.

---

175 FINIT TRACTATVS TERTIVS, INCIPIT TRACT. IIII. (quartus *B*) DE LECTIONE EXODI *AB* Finit tertius, incipit quartus *ΣG* De eadem lectione quartus incipit *F* Explicit tractatus tertius, incipit quartus *H, L* (quartus de pascha)

IV 2 de lectione Exodi *AB* (*cf. Capit. et F*) 3 Iudaici *B* (*m2?*) *L* 7 Recte *A* 9 dum] cum *ab* 9sq. *adnot. in mg. CD*: seu in patribus seu in mundo, qui figuraliter Aegyptus appellatur. 10 pascha* *A* pascham *B* (m *punctis subditis*) pascam *Σ* pascha *Lab* 13 ait *om. BDL* 14 non *om. A, B* (carnalibus Non immorari *B, sed* Non *s. s. m2*) *L* (non immorari).

4 *Ab agnis*, inquit, *et haedis sumetis.* Hinc advertere Iudaei debuerant legem dei spiritaliter sentiendam, quoniam ab agnis et haedis sumendum legerunt agnum, qui immolandus erat, cum sit istud naturae contrarium, ut, si
5 agnus est, et ab agnis sit pariter et ab haedis. Sed haec est omnis ratio in ambiguitate sermonis, quod iste immaculatus agnus dominus Iesus et iustorum et peccatorum carnem suscipere sit dignatus ex virgine; corpus enim non solum de patriarchis et prophetis, sed ex totius humani generis massa suscepit. Iustos autem comparari agnis et peccatores haedis ipse in evangelio declaravit dicens agnos a dextris vocandos: *Venite, benedicti,* haedos a sinistris
6 pellendos: *Discedite, maledicti.* — Hunc ergo ab agnis et haedis sumptum omnis multitudo synagogae filiorum Israhel interfecit, cum clamarent omnes Pilato: *Crucifige, crucifige*
7 *eum.* Ceterum iuxta historiam legalis paschae non omnis synagoga occidebat unum, sed pauci singulos per unamquamque domum. Ibi vero principes sacerdotum et seniores persuaserunt populo, ut peterent concedi sibi latronem Barrabban, Iesum vero perderent [vere perderent]. Perdiderunt enim salvatorem Christum et ex ore suo iudicati sunt, ut moreretur in eis verbum dei, id est eloquium prophetarum, per quos ipse locutus est, et, sicut scriptum est in propheta, deficerent in eis sapientes, viveret vero in illis Barrabbas ille latro diabolus, quem tantopere
8 poposcerunt. Quod autem vivat in eis seditiosus ille et

18 *Ex. 12, 5 27 *cf.* Matth. 25, 32 29 Matth. 25, 34 30 Matth. 25, 41 31 *cf.* Ex. 12, 6 32sq. Ioh. 19, 6 33—35 *cf.* Ex. 12, 3 35—37 *cf.* Matth. 27, 20 41 *cf.* Esai. 3, 3

18 sum*etis *A* sumetis eum *B* (*m2 s. s.*), *L* 19 sentiendam] intellegendam *ab* 20 agnis] ignis *A* legebant *BL* agnus *A*, *Bm1* 28 declarat *Bm1* Agnos *B* 29 benedicti, inquit, haedos vero *b* 31 sumptü* *A* 33 legis *Bm1* 37 *in marg.* acute satis dixisti *CD* Barrabban *A* barraban *ΣFL* baraban *H* vero *videtur corr. ex* vere *A* [vere perderent] *BΩL* 41 propheta *Ω* prophetis *ABLab* 42 tanto |||pore (= tanto tempore) *Bm1*

homicida, seditiones ipsae testantur, quas apostolis commoverunt et quas nunc usque contra omnes sanctos exercere non desinunt, ubi tempus invenerint.

Nobis vivit Christus. Resurrexit enim nobis, quia non 9
est ultra visus Iudaeis neque intravit post resurrectionem synagogam Iudaeorum, sed ad congregatos discipulos introivit. Ingreditur et ad nos, qui sumus in domo ecclesiae 10
congregati, et ostendit nobis venerandi sui corporis veritatem, si tamen vel meruimus vel meremur eius esse discipuli. Etenim beati apostoli, quibus vere commissum est 11
praeparare in superioribus pascham domino, quoniam paucos viderunt ex Iudaeis in domo ecclesiae, qui non sufficerent ad consummandum paschae sacrificium, convocaverunt vicinos ex gentibus, secundum quod praeceptum fuerat in lege: *Quod si pauci erunt*, inquit, *in domo, ita ut non sufficiant ad ovem, adsumet secum vicinum proximum suum*, et cetera; nam vere non sufficiebant ad eum, qui
pro totius mundi vita mori sustinuit. Pauci enim credide- 12
runt ex Iudaeis in Iesum dominum; unde apostolus: *Ita*, inquit, *in hoc tempore* — non dubium, quod sicut tempore Heliae, cui ait deus: *Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal — ita ergo*, inquit, *in hoc tempore* — sub adventu quippe Christi — *reliquiae secundum electionem gratiae salvae factae sunt*, ex populo utique Iudaeorum; de tanta enim multitudine vix pauci ad fidem Christi inveniuntur fuisse conversi. Propter quod et de istis reliquis donum misericordiae dei Esaias

---

49 sq. *cf.* Luc. 24, 36 sqq. Ioh. 20, 19 sqq. 58—60 *Ex. 12, 4 62 sq. *Rom. 11, 5 64 sq. Rom. 11, 4; *cf.* III Reg. 19, 18 65—67 *Rom. 11, 5

---

44 apostolis] contra apostolos *ab* 54 pascha* *B* (m *eras.*) pascha *FL* 61 vita] peccatis *ab* 62 *ita *A* 63 sq. et in hoc tempore Heliae (non — tempore *om.*) Ω 65 Bahal *ΣFH* 67 salvae *Bm2 s.*, *om.* *ΣH* 70 reliquiis *B*Ω donum (*sub* -um *puncta subd. et* o *s. s.*) *B* dono *L* domum *CEH* domus *D*; *cf. Rom. 9, 27*; *11, 5* domini *a, b* (*add.* et)

propheta testatur dicens: *Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus et sicut Gomorra similes fuissemus.*

13 Vos igitur, neophyti, qui estis ad beatae huius ac spiritalis paschae epulas invitati, videte, quomodo ab omni pollutione escarum, quas superstitio gentilis infecerit, vestras animas conservetis. Nec sufficit, ut a mortifero daemonum cibo vitam suam custodiat Christianus, sed ut omnia abominamenta gentilium et omnes idolatriae tramites sicut quaedam serpentis diaboli venena suffugiat.

14 Partes enim idolatriae sunt veneficia, praecantationes, suballigaturae, vanitates, auguria, sortes, observatio ominum, parentalia; parentalia, inquam, unde idolatriae malum

15 extulit caput erroris. Nam gulae suae causa primum coeperunt homines prandia mortuis praeparare, quae ipsi comederent; post hoc etiam sacrificia ausi sunt eis sacrilega celebrare, quamvis nec ipsi mortuis suis minus sacrificent, qui exercent parentalia, dum super sepulcrorum mensas tremulis ebrietate manibus vina fundentes spiritum sitire

16 balbuttiunt. Cavete, quaeso, ab his omnibus, ne indignatus deus contemptores et inimicos suos, qui noluerunt eum regnare super se, tradat illis infernis tortoribus: *illic erit*

17 *fletus et stridor dentium.* — Servate, neophyti, ornamentum gratiae salutaris; sobrii estote per omnia, ne illud inebriati perdatis; solliciti convenite ad ecclesiam; orationibus, hymnis, psalmis et canticis spiritalibus nobiscum vigilanter incumbite. Haec sint otii vestri opera, quibus debitum reddentes Christo domino famulatum, mercedem vitae

71—73 Rom. 9, 29, *cf.* Esai. 1, 9 90—92 *cf.* Luc. 19, 14. 27 92sq. Matth. 22, 13

72sq. et sicut — fuissemus *om.* Ω 79 omnis *ABL* omnes Ω*ab* dolatrie *E* 80 diffugiat *B*Ω 82 vanitatis *codd.* vanitates *ab* 82sq. hominum *codd.* omnium *ab* 83 parentalia *semel om.* Ω 86 etiam *in ras. A* 87 munus *GLb* 89sq. siti rebalbutiunt *ΣFH* siti balb. *G* siti *om. a* 92 illos inferni *B* (s *eras.*), *L* 94 per] pro *A* inebrietati *A*, *Bm1* in ebrietate *Bm2*, *L* 97 sunt *BL*

aeternae consequi ab ipso possitis. Sint igitur convivia 18
vestra sobria, casta cubilia; sit modestus animus, sermo placidus, mitis incessus. Orate, ut beneficia gratiae suae deus conservet in vobis et fides vestra magis magisque proficiat largiente Christo domino salvatore, cui una virtus eademque divinitas cum patre et cum spiritu sancto ante omnia et nunc et semper et in cuncta saecula. Amen.

TRACTATVS QVINTVS

DE LECTIONE EXODI.

Ordinem lectionis Exodi, ubi lex celebrandae paschae 1
describitur, idcirco praeposteravimus, ut in mysteriis reserandis debitae reverentiae ordinem teneremus; quia oportebat in illa splendidissima nocte vigiliarum, secundo tractatu, non dictorum sequentia, sed congrua neophytis explanari, ut edendi paschalis sacrificii disciplinam rudes neophyti discerent, instructi fideles agnoscerent. Quibus pariter et de habi[ta]tu edentium unam speciem tempori aptam disserui, duas tam ipsis quam catecuminis reservavi.

Ait enim: *Sic autem comedetis illum* — id est 2
agnum —: *Lumbi vestri praecincti et calciamenta vestra in pedibus vestris et baculi in manibus vestris.* Tunc de praecinctione lumborum diximus, nunc de calciamentis et baculis exponamus. Quae ideo hodie proponuntur, quia

---

V 6—9 *cf.* Tr. II, § 8 12—14 *Ex. 12, 11 14sq. *cf.* Tr. II, § 22sq.

IV 105 Amen *om.* Σ

FINIT TRACTATVS QVARTVS. INCIPIT TRACT. QVINTVS *AB* Finit quartus, incipit quintus Σ*G* Explicit tractatus (tr. *om.* *L*) quartus, incipit quintus *HL* De eadem lectione quintus incipit *F*

V 2 de lectione Exodi: *cf. F et Capit.* 3 caelebrandae: d *s.* cae *in A* celebrandi *L* 4 ministeriis *Bm1* 10 habitatu *A* 12 Ait enim|||| Sic *A*

tunc sequenti die et tertio illa prius, quae de principiis lectionis consulto praeterieram, necesse fuerit explicari.
3 Agnus dei verus, quem Iohannes Baptista demonstrat, Christus est. *Ecce*, inquit, *agnus dei, ecce, qui tollit peccatum mundi.* Huius carnem tam fideles in mysterio, quam simul universi credentes in fide ita debemus edere nostrique cordis interioribus commendare, ut non solum praecinctos habeamus castitate lumbos, verum etiam *calciati* simus, ut ait apostolus, *in praeparatione evangelii pacis.*
4 Sicut enim calciamenta terrestria carnalium pedum munimina sunt et vel asperitati frigoris vel serpentum morsui vel spinarum resistunt aculeis, ita legis divinae praecepta, quibus gressus nostrarum mentium munire praecipimur, repugnant et serpenti diabolo et asperrimo aquiloni gentilium et hereticorum undique compungentium spinis ac tribulis. Huiusmodi ergo calciamentis uti debemus, quotquot pascha dominicum celebramus. *Quoniam lex*, ut apostolus ait, *spiritalis est* et: *Pascha nostrum immolatus*
5 *est Christus.* Itaque et lumbi nostri praecincti esse debent et calciati pedes. Quid enim prodest homini, si solam corporis habeat castitatem et incautus ac sine instructione calciamentorum legalium malis fuerit supra dictis obnoxius, vel, quod cottidie in usu est, cordis sui calcaneum patens praebeat comestioni serpentum? Si cogitet mala, si concupiscat aliena, si dolum meditetur, si nutriat iram, si insidietur proximo, si mendacio studeat, si comedatur livore, si tabescat invidia, si venenato ore detrahat bonis, et, dum mendacis linguae spiculis lacerare nititur innocentes, morsibus daemonum, qui per eum loquuntur, ipse potius lanietur? Quid profuit praecinctos habuisse lumbos, si

17sq. Tr. III. et IV. 20sq. Ioh. 1, 29 24sq. Eph. 6, 15 33sq. *Rom. 7, 14 34sq. I Cor. 5, 7

19 agus (n *m2 s.*) *A* 20sq. peccatum *BL* (= Tr. II, § 7) peccata *AΩ* 22 ederi *Σ* 24 lumbos castitate *BL* 25 praeparationem *BLH* 27 asperitate *A*, *Bm1* 42 comedetur *Bm1*

divinorum mandatorum calciamenta non servans gressus cordis tui — id est animae tuae bases — crudelissimae concisioni tradideris?

Contrarium forsitan videatur aliquibus, quod, cum hic 6
tantopere calciatos esse debere a deo iussum sit, alibi ab eodem domino iubeatur sancto Moysi et sancto Hiesu Nave: *Solve calciamenta de pedibus tuis.* Ingens quidem ratio est et multiplicium propositionum ambagibus praestruenda, sed, quia brevitas congruit et praedicantis labori et memoriae auditoris, nolo vos longius trahere. Ibi solvitur quaestio, ubi calciamenta solvuntur, dum statim causa adicitur: *Solve*, inquit, *calciamenta de pedibus tuis; locus enim, in quo stas, terra sancta est.* Ostenditur ergo terra Aegypti, ubi datur praeceptio illa superior, sancta non esse et ideo ibi habenda mandantur calciamenta, in sancta autem terra decernuntur esse solvenda; quas tamen ob causas, evidenter est exponendum. — Quamdiu in huius 7
saeculi Aegypto conversamur, oportet nos pascha domini celebrantes calciamentis uti sanctarum scripturarum, quia tutus non potest esse gressus noster, nisi mandatis dominicis contegatur, usquequo intremus in illam sanctam promissionis terram, quae iustis est praeparata. *Beati* enim *mites*, ait dominus Iesus, *quoniam ipsi possidebunt terram*; non utique istam terram, quam possident peccatores, sed illam, in qua non sunt spinae et tribuli, in qua non sunt serpentes et scorpii, quippe ubi diabolus cum ceteris immundis spiritibus non accedit. Erit enim tunc una cum suis satellitibus in igni aeterno, quem paravit deus utique ipsi diabolo et angelis eius. Habemus et sanctum Iohannem 8
Baptistam dixisse de salvatore humani generis domino Iesu: *Cuius ego non sum dignus*, inquit, *corrigiam calciamentorum solvere.* — Sed alia in Christo ratio est. Ille non 9

53 *Ex. 3, 5; *Ios. 5, 16 58sq. *Ex. 3, 5 68sq. Matth. 5, 4
71 *cf.* Gen. 3, 18 74sq. *cf.* Matth. 25, 41 77sq. *Ioh. 1, 27

52 ihesu *L* 70 *in mg. CD*: optime 75 et] etiam *C*

propter se calciatus est, sed propter nos; quoniam terra sustinere non poterat maiestatis eius nuda vestigia. Calciamenta cum dicit, gressus ostendit sanctarum scripturarum, quibus graditur et circuit notitia eius in omnes, qui habitant super terram. Et ideo Iohannes Baptista in evangelio negat vel idoneum se esse vel dignum, qui solvat corrigiam calciamentorum eius, id est sermonum eius, sive ut disserat unum de mandatis eius, sive ut nudare valeat et evidenter ostendere calciati adhuc in isto saeculo verbi dei veneranda
10 vestigia. *Modo enim per speculum videmus in aenigmate,* inquit, *tunc vero facie ad faciem,* ubi *non erit aliquid occultum, quod non revelabitur, nec absconditum, quod non scietur,* quando ad illum futurum diem festum dominus Iesus, non sicut sub incredulis quasi in occulto ascendet, sed sicut scriptum est: *Deus palam veniet* [*et*], *deus noster,*
11 *et non silebitur.* — Propterea et apostoli in evangeliis alibi prohibentur portare calciamenta in via, dum dicitur eis in Evangelio Mathei a domino: *Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via neque duas tunicas neque calciamenta neque*
12 *virgam; dignus est enim operarius mercede sua.* Alibi autem iubentur habere, ut Marcus evangelista describit: *Et circuibat,* inquit, *castella Iesus docens. Et convocatis illis duodecim misit eos binos, dans illis potestatem fugare spiritus immundos, et praecipiens illis, ne quid secum tollerent in via nisi virgam tantum, non peram, non panem, neque nummos in zonis, sed calciatos caligulas, et ne in-*
13 *duerent,* ait, *duas tunicas.* Propter incredulos et parvae

88 sq. *I Cor. 13, 12 89—91 *Matth. 10, 26 91 sq. *cf.* Ioh. 7, 2 sqq. 93 sq. *Ps. 49, 3 96—99 *Matth. 10, 9 sq. 101—106 *Marc. 6, 7—9

79 propter nos] propterea *Bm2, L* 80 magestatis *A* 82 notitiae *A* 85 sq. sive — mandatis eius *def. in Ω* edisserat *ab* 89 a facie *a* 93 et *AB om. Ω, delevi* 94 et *ante* non *om. A* silebitur *A, B* (ur *eras.*), *Ω* (*lectio Italae?*) silebit *L* 95 prohibentur alibi *BL* 98 tunicas habeatis *ΣH* 104 viam *a* 105 calciatus *A* caligulas *GH* galliculas *A*; *fort. ita scripsit Gaudent.* (*cf. adnot. Galeardi in b*) calliculas *B* galligulas *Σ* caliculas *L* caligulis *ab*

fidei homines iubentur in via praedicationis habere calciamenta apostoli, ut verbum dei calciatum et contectum in mysterio propter spinas et tribulos blasphemantium praedicent. Ad eos autem, qui fideli mente audiunt, quasi iam in sancta terra, perfecti quippe cordis in fide, ubi nuda de deo securi possent proferre testimonia, iubentur non portare calciamenta, videlicet ut aperta figant illic vestigia divinitatis eius. Et ideo beatus Petrus calciavit se in car- 14
cere[m] calciamenta sua et sic exiit iterum ad hostes Iudaeos et adversarias potestates, ut calciatus pedes in praeparatione evangelii calcaret super serpentes et scorpiones et super omnem virtutem inimici. Et Moyses dicit 15
in benedictionibus vel ad unumquemque fidelem vel ad personam potius Christi: *Ferrum*, inquit, *et aes calciamentum tuum*, utique ut confringat capita draconum super aquas, id est ut conterat principatus daemonum draconum, qui sunt super aquas gentilium populorum. Aquae vero quod populis comparentur et gentibus, in Apocalypsi revelatur Iohannis: *Aquae*, inquit, *quas vidisti, super quas sedet meretrix Babylon, populi et gentes sunt.*

Opus mihi est et baculo pascha adhuc in Aegypto 16
celebranti, ut, si imitator sum sancti Moysi, Hebraeum meum — id est intellectum meum Israheliten, qui deum videre promeruit — ab interitu liberem percusso Aegyptio. Hoc propter se ipsum quisque, quamdiu servit legi. Si quis 17
vero est apostolicus et per Iesum prostrato Aegyptio magnus factus ac potens, non iam propter se baculum portat, si portat, sed propter eos, quibus dici necesse est: *Quid vultis? in virga veniam ad vos an in caritate et spiritu mansuetudinis?* Portat et propter eos, qui veniunt ad nos

---

114 sq. *cf.* Act. 12, 8 116 sq. *cf.* Eph. 6, 15 117 sq. *cf.* Luc. 10, 19 120 sq. *Deut. 33, 25 125 sq. *Apoc. 17, 15 134—136 I Cor. 4, 21 136 sq. *cf.* Matth. 7, 15

---

108 sq. contectum ** immisterio *A* 114 sq. carcerem *AH* 115 hostes eius *Bm1* 122 et draconum *H* 125 Iohannes *A*, *Bm1* Iohannis *Bm2 ΣH* Iohanni *G*

in vestimentis ovium, ab intus autem sunt lupi rapaces.
18 Quod si lupus desinat esse lupus et cum agno pascatur, ut ait propheta, et si leo, desinens esse leo, cum bove manducet paleas, baculo opus non est. Si enim feralium morum nequitia in tantam vertatur mansuetudinem, ut cum oviculis innocentibus ac mundis Christi operariis vitae pabulum mites quaerant et capiant et tales utique sint, qui in caritate et spiritu mansuetudinis ad perfectum debeant erudiri, dicitur a Christo apostolicis quibusque sacerdotibus, ut neque baculos correptionum portent in via, quando in discipulis oboedientibus ac modestis terram sanctam possidere
19 iam coeperint. — Quod adnuat de vobis pusillitati meae salvator humani generis dominus Iesus; cui una deitas eademque omnipotentia cum patre et cum spiritu sancto ante omnia et nunc et semper et in cuncta saecula.

TRACTATVS SEXTVS

⟨DE LECTIONE EXODI⟩.

1 Quantum deus pater per virtutem suam et per spiritum suum pro captu virium nostrarum revelare dignatus est, quantum patris et filii et spiritus sancti coaequalis omnipotentia tribuit, quantum sempiternae ac sine principio trinitatis una eademque divinitas inspiravit, aperuimus dilectioni vestrae a primis vigiliis paschae usque in hunc

138 sq. *cf.* Esai. 11, 6 sq. 143 sq. *cf.* I Cor. 4, 21 145 sq. *cf.* Matth. 10, 10

146 portent |||| in *A* discipulis (*om.* in) *A* 149 deus dominus *ab* 151 Amen *DHLab*, *om. ABCE*

VI 1 FINIT TRACT V. INCIPIT TRACT SEXTVS *A* Incipit tract. sextus *B*, *L* (tract. *om.*) Finit quintus. Incipit sextus *ΣG* Explicit tr. quintus, Incipit sextus *H* De eadem lectione sextus incipit *F* 2 De lectione Exodi *addidi* (*cf. F et titulum Tr. V.*)

diem, quae esset ratio nominis libri Exodi, quae virtus paschae, cuius ibi observatio primum custodienda decernitur, et quamobrem mensis ipse, in quo deus hoc observandum praecipit, primus dicatur in mensibus anni, quae esset Aegyptus, quid significaret ille decimus vel quartus decimus dies, quis esset agnus immolationis et cur adsumendus esset ab ovibus et ab haedis, quae vespertina diei, quod illud limen, qui illi postes, quis ille sanguis et quam ob causam neque crudas carnes neque in aqua coctas, sed assatas igni, et caput cum pedibus et interaneis festinanter comedere iubeantur, quod ex eo os non confringendum, quae reliquiarum crematio et quid mysterii figuratum sit vel in calciamentis pedum vel in baculis manuum vel in praecinctu lumborum. Restat, ut disseramus percussionem 2 primitivorum Aegypti et azyma cum amaritudine et septem dies azymorum. *Transibo,* inquit, *in terra Aegypti hac nocte et percutiam omnem primogenitum in terra Aegypti ab homine usque ad pecus et in omnibus diis Aegyptiorum faciam vindictam ego dominus. Et erit sanguis vobis in signo in domibus, in quibus vos eritis ibi, et videbo sanguinem et*

---

9 quae esset ratio nominis libri Exodi: Tr. I, § 11—13 9sq. quae virtus paschae *cf.* Tr. II, § 6sqq. 25sqq. al. 11sq. quamobrem mensis — primus dicatur I, § 2. 14 12sq. quae esset Aegyptus I, § 18 al. 13sq. quid significaret ille — dies III, § 8—12 14 quis esset agnus II, § 9—13; III, § 12 al. 14sq. cur — ab haedis IV, § 4—7 15 quae vesp. diei III, § 12 15sq. quod illud limen III, § 11 16 qui illi postes III, § 11 quis ille sanguis II, § 12sq. 16—18 quam ob causam — carnes — assatas igni II, § 14—17 18 caput cum pedibus et interaneis II, § 18 festinanter II, § 24 19 os non confringendum II, § 20 19sq. quae reliquiarum crematio II, § 19 al. 21 calciamentis V, § 4sqq. baculis V, § 16—18 21sq. praecinctu lumborum II, § 22. *Cf. enumerationem capitulorum Tr. II, § 8* 24—30 *Ex. 12, 12—14

---

10 primum diem (diem *punctis subditis*) *Bm1* 11 iste *ab* 12 praecepit *BΣHL* 15 haedis: h *s. l. A* 16 postes] potes *A* 25 omnem *A*, *Bm1* (m *eras.*), *ΣH* omne *Lab* (*cf. LXX*: *πᾶν πρωτότοκον*) 27 eris *A*

protegam vos et non erit in vobis plaga contritionis, cum percutio Aegyptum. Et erit hic dies vobis in memoriam.
3 Percussit quidem deus in illa nocte tunc temporis priminatos omnium Aegyptiorum, sicut per Moysen comminatus fuerat Pharaoni, cum nol*u*it dimittere populum Israhel, quem populum idem dominus primitivum nuncupare filium dignabatur; quando perculsi tantorum repente funerum strage Aegyptii Israhelitas, quos tamquam captivos dudum rela-
4 xare noluerant, noctis medio expulerunt. — Sed quoniam multo maiora fecit idem deus pro nostro populo contra veros Aegyptios et in nobis completa sunt, quae tunc temporis umbraliter contingebant, redemptionis nostrae memores non debemus dona pietatis eius ingrato occultare silentio.
5 Die, qua immolatus est agnus dei dominus Iesus ad vesperum — imminentibus quippe iam tenebris, quae statim crucifixo eo cooperuerunt omnem terram —, in illius diei nocte percussit primitiva Aegyptiorum daemonum, id est simulacra hominum mortuorum, quae ipsi prima in hoc mundo
6 creaverant, ut per ea colerentur. Sed cum ibi adicitur: *In omnibus diis Aegyptiorum faciam vindictam,* fortasse dicas: qui sunt isti Aegyptiorum dii, si daemones, quos pagani deos putant, ipsi sunt Aegyptii? Audi ergo non solum daemones Aegyptios esse, sed etiam cultores eorum, quicumque pertinaciter in incredulitate versantur, filii tenebrarum cum sunt, Aegyptii sunt, quoniam filii Aegyptiorum
7 sunt; nam filii sunt daemonum. Unde dicitur universis incredulis: *Vos de diabolo patre nati estis.* Sicut enim, *quot-*

31 sq. *cf.* Ex. 12, 29 32 sq. *cf.* Ex. 11, 5 33—35 *cf.* Ex. 4, 22 36 sq. *cf.* Ex. 12, 33 43 sq. *cf.* Matth. 27, 45 47 sq. *Ex. 12, 12 55 *Ioh. 8, 44 55 sq. *Rom. 8, 14

30 percussero *Bm2* memoria *BHLab* 31 priminatos *ΣFH* primonatos *G* primatos *A*, *Bm1* primatus *Bm2 La* (*at cf. infra 109*) 33 noluit *ab* nolit *A*, *Bm1* nollet *Bm2*, *ΣHL* 38 multa *BL* 44 cooperunt *A* cohoperuerunt *D* 49 demones *A* (*at alibi semper* daem.) 53 cum sint *Bm2*, *L* 54 sunt *post* Aeg. *om. Σ* nam] natura *Hb* 55 nati *om. D*

quot spiritu dei ducuntur, hi filii dei sunt secundum doctrinam Pauli apostoli, ita, quotquot spiritu diaboli abducuntur, filii daemoniorum sunt. Ideo autem scriptura divina diabolum et exercitum eius Aegyptios nuncupat, quia a deo, qui lux est, alieni facti sunt contra creatorem proprium rebellando. Nam sanctus apostolus dicit: *Quid mirum, si satanas transfigurat se velut angelum lucis?* probans utique eum esse angelum tenebrarum, qui se quasi angelum lucis ostentare conetur, ut fallat. — Simili ratione et omnes increduli adversantes deo et a luce divinitatis eius extorres Aegyptii appellantur; quos tamen hortatur ipse dominus ad salutem dicens: *Dum habetis lucem, credite in lucem, ut filii lucis sitis.* Itaque, si voluntaria fides potest eos filios lucis efficere, hoc, quod tenebrarum filii sunt, vitium voluntatis est, non naturae. Nocte ergo, qua corpus exanime relinquens in cruce dei filius transiit cum anima ad Aegyptum inferiorem, ut animas in inferno positas visitaret, tunc fecit vindictam in omnes immundos spiritus Aegyptiorum deos, interficiens in primogenitis vires principatus eorum. Nam passioni proximus dicit dominus Iesus: *Nunc iudicium est huius mundi, nunc huius mundi princeps eicietur foras. Et ego, cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.*

Revocavit itaque omnem creaturam suam ad se dominus Iesus, quam sibi nequissimi usurpatores divinitatis rebelli spiritu manciparant, ut ipsius dictioni subiecta essent omnia, per quem facta sunt universa et qui protexit ac proteget credentes in se a plaga contritionis per signum

58 sq. *cf.* Ex. 12, 12 61 sq. *II Cor. 11, 14 67 sq. Ioh. 12, 36 71 sq. *cf.* I Petr. 3, 19 75—78 *Ioh. 12, 31 sq. 82 *cf.* Ioh. 1, 3

56 dicuntur *A*, *Bm1* sunt dei *BL* 57 ita quoque *ab* 62 in *pro* velut *ab* 68 volutaria *A* 69 filii tenebrarum *BL* 72 inferiore *A* 75 dicitur *Bm1* (ur *eras.*) 76 princeps huius mundi *BL* 81 rebellis spū *A*, *Bm1* dictionis *Bm1* 83 protegit *Bm1*, Ω

crucis suae, cum dicitur: *Et erit sanguis vobis in signo in domibus, in quibus vos eritis ibi, et videbo sanguinem et protegam vos.*

12 Quaerendum tamen, priusquam transeamus ad cetera, quae sequuntur, quomodo dicat: *Protegam vos*, quasi ab alio exterminatore, et iterum Moyses: *Transibit dominus percutere*, ait, *Aegyptios et videbit sanguinem in limine et in utrisque postibus et pertransibit ostium.* Quid ergo? Dominus transiit percutere Aegyptios in manu exterminatoris? Absit. Nam post pusillum dicit: *Et non dimittet exterminatorem intrare in domos vestras.* Si ipse percutit, quomodo dicitur *'non dimittet intrare exterminatorem?'*

13 Hoc itaque in textu ipsius lectionis sollicitus lector considerat, quod, ubi dicit percuti Aegyptios, non dicit ab exterminatore, ubi vero dicit Hebraeos protegendos, non dicit ab eius plaga protegendos, qui percussit Aegyptios, sed ab exterminatoris. Exterminator autem non percutit Aegyptios, quorum amicus et princeps est, quoniam, sicuti ait dominus in evangelio Marci beatissimi: *Si satanas insurrexit adversum se ipsum, divisus est*, inquit, *stare non*

14 *potest, finem habet.* — Sed utique, carissimi, percutere vult exterminator Hebraeos deo percutiente Aegyptios. Nam retributionem molitur in servos dei, satellites suos ab eo percussos indignans, quoniam diabolus tum maxime accenditur, cum exstinguitur. Tunc enim saevit in dei famulos, quando prima virtus eius in priminatis occiditur, dum vel idolatriae superstitionem vel ceteros principales errores daemonum deus disperdit ex nobis. Dicit enim ille

---

84—86 *Ex. 12, 13 88 *Ex. 12, 13 89—91 *Ex. 12, 23 93 sq. *Ex. 12, 23 97 *cf.* Ex. 12, 12 102—104 *Marc. 3, 26

---

85 et *om. A* 87 acetera *A* 89 Transivit *A*, *Bm1 L* 91 ergo est *ab* 96 sq. considera *Ωab* consideret *Bm1*, *L* 97 percutiam *a* 98 dicit** *A* 100 exterminatore *FH* 101 sicut *B* 102 dominus deus *L* 103 adversus *Ω* 109 primonatis *Ω* primogenitis *ab* 110 idolatriā *B* (*in ras.*) idolatriū *L* -triam *ab* superstitionum *ABL*

nequissimus murmurans contra deum: Tu propter Hebraeos tuos percutis meos Aegyptios et ego propter Aegyptios meos persequar et interficiam Hebraeos tuos. Nam *dixit* 15
115 *inimicus: persequens comprehendam, partibor spolia, replebo animam meam, interficiam gladio meo, dominabitur manus mea;* sed frustratur eius minacitas, si praecepto domini, quo nos tutos esse posse praemonuit, naviter pareamus. Adicitur enim: *Et custodies sermonem hunc legitimum tibi*
120 *ipsi et filiis tuis usque in aeternum*, scilicet ut semper solliciti simus pascha domini legitimo studio celebrare et vigilanter facere ea, quae nobis praecepta sunt, ne per contemptum nostrum et neglegentiam nostram exterminator aditum grassandi reperiat dei protectoris tuitione ces-
125 sante.

Sit ergo unusquisque nostrum in parte domini, qui 16
percussit Aegyptios, sit Israhelita deum semper mente adspiciens, ut protegatur a plaga exterminatoris. Habeat, quin immo habeamus in utrisque postibus — in corde et
130 in ore — salutarem domini passionem, quoniam, sicut docet apostolus: *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit in salutem.* Habeamus et in limine frontis 17
signum sanguinis agni, ut non sinat exterminatorem deus introire ad nos; neque enim solummodo tunc istud factum est
135 vel in historia legis vel in tempore crucis domini Iesu, sed et nunc semper deus ultor populi sui percutit Aegyptios, semper exterminator diabolus intrare in domos Israhelitarum nititur cupiens eos occidere, semper dei filius tuetur suos et protegit eos, ubi signum suae passionis agnoverit. Ipsi
140 gloria cum patre et cum spiritu sancto per omnia saecula saeculorum. Amen.

114—117 *Ex. 15, 9 119 sq. *Ex. 12, 24 128—134 *cf.* Ex. 12, 7 131 sq. *Rom. 10, 10

---

118 gnaviter ΩL 123 et] aut *b* 129 postibus, scilicet *b* 141 saeculorum *om. BGHab*

TRACTATVS SEPTIMVS

DE LECTIONE EXODI.

1 Discussis validioribus mandatorum paschalium membris tres adhuc superfuisse de proposita lectione Exodi species die hesterno praediximus; quarum primam de interfectione primitivorum Aegypti statim, prout potuimus, interpretati sumus; duas nunc residuas de prohibitione fermenti et de septem diebus azymorum domini gratia largiente proponimus explanandas.

2 *Septem diebus*, inquit, *azyma edetis; a primo autem die exterminabitis fermentum de domibus vestris; omnis, qui manducaverit fermentum a primo die usque in* 3 *septimum diem, disperiet anima illa ex Israhel.* Hereticorum veterum quidam, ex quibus sunt insanus Marcion et exsecrabilis Manicheus, quoniam spiritu erroris inducti scripturas omnes Veteris Testamenti respuendas esse contendunt, per multa scripturarum capitula deum legis antiquae malum conantur adserere, quasi aut alius sit deus Novi Testamenti [quam], qui ex lege utique praenuntiatus advenit, aut in comparatione bonitatis dei aliquis legitime bonus esse possit, cum vel angeli vel homines hinc habere iudicentur aliquod participium bonitatis, si bonum deum sciant, adorent, venerentur ac diligant, perhibente domino Iesu, quod bonus homo de bono thesauro cordis sui proferat 4 bona. Sed deus, dei filius, perfectam bonitatem cum patre et cum spiritu sancto possidens et unam sciens esse bonitatem trinitatis, sicut unam divinitatem, indigne tulit

---

4 sq. *cf.* Tr. VI, 1 10—13 *Ex. 12, 15 24 sq. *cf.* Matth. 12, 35

---

1 FINIT TRACTATVS SEXTVS INCIPIT TRĀCT SEPTIMVS *AB* Finit sextus. Incipit septimus *ΣG* Explicit tr. sextus. Incipit sept. *H* De eodem septimus incipit *F* Incipit tr. septimus *L* 2 De lectione Exodi: *cf. initium Tr. VI. et finem Tr. VII. in* Ω 9 explanandis *A* 11 exterminabitur *G* 13 disperiat *Σ* dispereat *H* 15 execrebilis *A* 19 quam *Ωab* 24 profert *Bm1* 26 possident *A*

bonum se iuxta condicionem crealium bonorum nuncupari et ait: *Quid me dicis bonum?* Hoc est: Nolo dicas bonum, quem nescis; scito prius, qui sim, et cum deum verum cognoveris, amplector, ut dicas bonum, quoniam *nemo bonus nisi unus deus.* Ille enim Iudaeus filio dei, deo et homini, velut homini tantum cuidam, sane bono doctori dixerat: *Magister bone, quid faciam, ut vitam aeternam possideam?* Et idcirco dominus ad illum: *Quid me dicis,* ait, *bonum? nemo bonus nisi unus deus.* Unus est enim deus, 5
ubi deitatis nulla divisio est. Per omnes libros sanctarum scripturarum et patrem deum et filium deum et spiritum sanctum deum legimus, non deos, quia deos dici non sinit unitas maiestatis; est enim sola in trinitate personarum distinctio, non naturae diversitas. Quod si Marcion et 6
Manicheus meruissent advertere, numquam profecto dixissent unum quidem deum Novi Testamenti bonum, alium vero malum, qui per legem veterem sit locutus. Ausi sunt enim et in supra dicta lege azymorum adscibere ei saevitiam dicentes hominis animam disperdi propter fermentum panis. Nihil potest esse crudelius. Vaecordes 7
non intellexerunt, vel quanta esset in mandato utilitas vel quod deus maiorem causam tunc ulciscendi habeat, si in exiguis rebus, ubi nulla difficultas est observandi, pervicaci tantum spiritu contemnatur. Facilius necessitati ignoscit deus quam praesumptioni. Denique sancto David non im- 8
putatur ad peccatum, quod in necessitate famis constitutus manducaverit sanctos panes, quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus.

29—32 Marc. 10, 18 34sq. *Marc. 10, 17 35sq. Marc. 10, 18 53sq. *cf.* I Reg. 21, 6

---

28 crealium bonorum] crearum (creaturarum *Bm2, L*) bonum *B* creabilium *Ωab* nuncupari* *A* 31 q$\overline{\text{nm}}$ *A* q$\overline{\text{m}}$ *B* q$\overline{\text{uo}}$ *Σ* nemo] nebo *A* 40 magestatis *Am1* 41 Quod] Quo *A* 47 panis, quo nihil possit *ab* Vecordes enim *ab* 49 tunc *B s. m2* 51 contēpnatur *B*

9 Hic vero videamus, quid potuit necessitatis incumbere. Iussit deus Israhelitis, ut septem diebus paschae fermentatum sibi panem non facerent. Si fermentatum fieri iussisset, diligentia illic necessaria fuerat, ne deesset; quod iussit, desidiae est, non laboris. Neglegentiam iubet, ut oboedientiam probet, et non vis, ut damnet illam animam, quae diligentiam commodaverit, ut contemnat? — Sed iam videamus, quae fuerit in ipsa praeceptione utilitatis ratio vel Iudaeis historialiter usque ad Christi praesentiam vel nobis hodie quae aedificatio sit iuxta intellegentiam spiritalem.

10 Filii Israhel, cum premerentur in Aegypto gravibus captivitatis iniuriis, gementes proclamaverunt ad dominum deum, ut eos eripere dignaretur. Elegit ex ipsis continuo deus Moysen et Aaron, per quos conveniret Faraonem, regem Aegypti, ut dimitteret illos. Qui cum reniteretur, multiplicibus plagis cum suo populo verberatus hanc excepit poenae ultimam plagam, ut omnes priminati Aegyptiorum illa nocte percussi divinitus interirent, qua Iudaeos necesse fuit ex mandato dei paschae sacrificium
11 celebrare. Media igitur nocte clamor factus est et ululatus in tota Aegypto; nulla enim domus erat, in qua non esset mortuus. Tunc Aegypti rex metuens, ne et ipse et omnis populus eius similiter disperiret, compulit Moysen et Aaron, ut illa hora noctis educerent omnem plebem de Aegypto. Qui cum perurgerentur exire, quid fecerint, advertamus:
12 *Et sumpsit,* inquit, *populus consparsam farinam suam, priusquam fermentaretur massa illorum, et ligaverunt in vestimentis suis et imposuerunt super humeros suos.*

---

57 sq. *cf.* Ex. 12, 15 67—69 *cf.* Ex. 1, 8 sqq.; 3, 7 sqq. 69—71 *cf.* Ex. 4, 14 sqq. 71—76 *cf.* Ex. c. 5—12 76—80 *cf.* Ex. 12, 29—33 82—84 *Ex. 12, 34

---

59 diligentiam *A* 62 contempnat *AB* 69 Elegite ex *A* 71 remiteretur *A* 73 paene *AC* pene *BDL* primonati *GH* primogeniti *ab* 82 conspersam *BΩ*

Egressi autem cum venissent in Sochot, *coxerunt*, inquit, *consparsum, quod extulerant de Aegypto, subcinericia azyma.* Ut ergo memores essent huius necessitatis et beneficio- 13
rum dei, iussit eos septem diebus primi mensis ita celebrare pascham, ut fermentatum panem non ederent et ut semper indicarent filiis suis causam, pro qua istud facere iussi essent, scilicet ut ingratus ipse populus vel imagine rerum gestarum admonitus liberatori suo agere gratias cogeretur. Et ideo tantopere eis praecipitur: *Septem diebus azyma* 14
edetis; a primo autem die exterminabitis fermentum de domibus vestris; omnis, qui manducaverit fermentatum a primo die usque in septimum diem, disperiet anima illa ex Israhel. — Fecit et alia plurima pro illis deus et in mari 15
Rubro et in deserto, sed immemores misericordiarum dei — ut de ceteris malis eorum taceam — praeter illud, quod fecerunt caput vituli aureum et adorantes illud dixerunt: *Isti sunt dii tui, Israhel, qui eduxerunt te de terra Aegypti,* ipsum quoque filium dei, qui eorum liberator exstiterat, venientem ad se sacrilegis mentibus respuerunt. Unde 16
sanctus evangelista Iohannes non sine querela commemorat: *In propria venit et sui eum non receperunt,* id est ad eos venit, quos de servitute Aegypti liberarat, quos per mare Rubrum vestigio sicco transduxerat, in quorum conspectu Faraonem et Aegyptios resolutis aquarum circumstantium muris obruerat, quos manna caelesti satiaverat in deserto, quibus de rupe arida fontes produxerat, quibus eloquia legis crediderat, quibus adventum suum secundum carnem vaticinio praenuntiaverat prophetarum,

---

85—87 *Ex. 12, 39 88—92 *cf.* Ex. 12, 14; 13, 5 sqq. 93—97 *Ex. 12, 15 97 sq. *cf.* Ex. c. 14 et 16 101 *Ex. 32, 4 105 Ioh. 1, 11 106—111 *cf.* Ex. c. 12; 14; 16; 17; 20

---

86 conspersum *Bm2, Ω (at cf. Thes. l. Lat. IV 494)* 87 essent] sint *BL* 89 pascha *BΩLab* 91 ipse ingratus *BL* 93 tanto pereis *A* 100 fecerunt *BDL* et quod *ab* 101 te *def. in A* 103 ad se *om. BL* 106 liberaret *A*

ad quos praecipue venerat dicens: *Non sum missus nisi ad*
17 *oves perditas domus Israhel.* Isti eum non modo suscipere noluerunt, sed et crucis supplicio trucidarunt; qui tamen idcirco susceptum corpus mori sustinuit, ut et suae maiestatis omnipotentiam propria virtute resurgendo monstraret et ut in inlata ac devicta morte vitam credentibus redderet plenamque crucifigentium nequitiam condemnaret. Quapropter resurgens tertio die transtulit se ad gentes, sicut dudum fuerat comminatus: *Tolletur* [*a*] *vobis regnum et dabitur genti facienti fructus suos.*

18 Ergo quoniam nobis, qui fideliter Christum sequimur, datum est cognoscere mysteria regni dei, videamus, quid idem noster dominus et magister de hoc fermento intellegendum docuerit. *Attendite,* inquit, *vobis et cavete a fermento Phariseorum et Sadduceorum*; quod cum clarius iterasset, intellexerunt apostoli non a fermento panis esse
19 cavendum, sed a corrumpentis doctrinae nequitia. Unde idoneus evangelii praedicator apostolus Paulus nobis clamat: *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova consparsio, sicut estis azymi. Nam et pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque diem festum celebremus,* inquit, *non in fermento veteri neque in fermento malitiae et nequitiae,*
20 *sed in azymis sinceritatis et veritatis.* Caveamus ergo a fermento malitiae; ubi enim paruerit fermentum nequitiae, confectum a diabolo de consparsione peccatorum et iniquitatum, ibi animae illi appropinquat interitus. Cum

---

113sq. *Matth. 15, 24 121sq. *Matth. 21, 43 124 *cf.* Matth. 13, 11 126sq. *Matth. 16, 6 127sq. *cf.* Matth. 16, 7—12 131—135 *I Cor. 5, 7sq.

---

114 eum] enim *Bm1* 116 per susceptum *Bm2, L* 118 ut in inlata *A*, *Σ* (illata) *F* (ill.) *G* (ill.) in *om. BL* ut lata *a* ut in sublata *b* in *fort. delendum* devicta] davita *Am1* 121 a vobis *B* (a *m2 s.*) *FLab* 127 Saduceorum *B* 128 a (*m2 s.*) fermentum *Bm1* 131sq. consparsio *A*, *Bm1* conspersio *Ω* 137 consparsione *A* conspersione *BΩ* 138 iniquitate *BL*

ergo videris in anima tua intrasse cogitationes pravas machinantes, ut te a dei cultu detorqueant aut ut facias aliquod peccatum, scito quod intravit ibi ille, qui fermentum mortis facere consuevit; propterea cave, ne inveniatur tale fermentum in te et disperdatur anima tua a deo. *Nescitis,* inquit apostolus, *quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Videte itaque, ne vel in modico 21 suadeamini adquiescere aut errori gentilium aut iniquitati Iudaeorum aut hereticorum nequitiae, qui fermento diaboli totam fidei massam perfidiae acore corrumpunt.

Quod autem dixit azyma in amaritudine man- 22 ducanda, docuit neminem posse sine tristitia carnis sinceram vitam ducere. Amaritudo videtur ieiunium et omnis abstinentia deliciarum carnalium; sed pascha domini non aliter celebratur, sed sinceritatis azyma aliter non eduntur. Cum vero exieris de Aegypto huius mundi vel 23 actu vel corpore, mannae pabulum manducabis, panem caeli accipies et in [die] illa sanctorum terra repromissionis inductus amoenitate simul paradisi et aeterna suavitate ipsius domini perfrueris. Dulcis amaritudo est, quam sequitur tantae retributio suavitatis. A prima igitur die 24 vel regenerationis nostrae vel conversionis eiciamus fermentum nequitiae de propriis domiciliis terrenae huius habitationis et per septem dies totius vitae nostrae, quia iidem revolvuntur in saecula, sinceritatis puritatisque azyma comedamus, ut caelestium promissionum munera consequi mereamur, quae nobis largiri dignetur deus pater omni-

144 sq. *I Cor. 5, 6 149 sq. *cf.* Ex. 12, 8 153 *cf.* I Cor. 5, 8 155 sq. *cf.* Ex. 12, 25; 13, 5 160 sq. *cf.* I Cor. 5, 8 162 *cf.* Ex. 12, 15 163 *cf.* I Cor. 5, 8

139 animam tuam *Bm2, Lb* (*at cf. infra* 141: intravit ibi) 140 a] ad *A* 145 sq. in modica mala suadenti animo adquiescere velitis aut *a* 148 perfidia Ω acore *AB* ore *L om.* Ω rancore *ab* 156 in die (inde *Bm2*) illa s. terra *A, Bm1, a* (terram) in illa s. terra Ω illam s. terram *b* 157 aeternae *Bm1* 159 sequi*tur *A* 162 per *Bm2 s.* 163 idem *ABΣL*

potens per coaeternum filium suum viventem secum regnantemque cum spiritu sancto ante omnia et nunc et semper et in cuncta saecula. Amen.

TRACTATVS OCTAVVS

DE LECTIONE EVANGELII I.

1 Post illius finem tractatus, quem dilectioni vestrae intulimus usque hesternum diem de Exodi libro, ubi lex celebrandae paschae describitur, nunc aliquid de evangelii lectione, quae paulo ante decursa est, adiuvante domino disseramus, ut eundem deum tam Veteris esse Instrumenti auctorem quam Novi rebus ipsis testantibus comprobemus. Audivimus enim quod salvator humani generis Iesus ierit invitatus ad nuptias ibique aquam in vini saporem naturamque converterit.

2 Habet plane et ipsa historia ordinem veritatis. Nam et nuptias idem, qui ab initio instituerat, benedixit et creaturam, quam fecerat, in id, quod voluit, sua potestate convertit. Ac de virtute quidem dei omnipotentis nulla in

VIII 3sq. *significantur* Tr. I.—VII. 9—11 *cf.* Ioh. 2, 1sqq. 13 *cf.* Gen. 1, 28

VII 166 per] pro *A* 168 Amen *def. in* Σ

Finit textus Gaudentianus in cod. L: Explicit tract. septimus s. Gaudentii episcopi de observatione pasche. Item sermo s. Ambrosii de scō Petro aplo. (*cf. Prolegomena*). — FINIT TRACTATVS SEPTIMVS. INCIPIT TRACTATVS (*pro* tract.: lib̄. *B*) DE LECTIONE EVANGELII PRIMVS, QVI EST IN ORDINE OCTAVVS *AB* Finit septimus de lectione Exodi. Incipit de evangelii lectione primus ..... octavus Σ Finit .. Exodi (*ut* Σ). De ev. lectione primus, qui ..... octavus (= *A*Σ) incipit *F* Primus ..... octavus (*cet. om.*) *G* Explicit tract. septimus ..... octavus (*ut* Σ) *H*

VIII 4 usque ad *ab* 5 celebrandi *Bm2* 5sq. de lectione evangelii *B* 6 decursa] cursa *Bm1* 13 idem] diem *Bm1*

facto dubietas poterit animae fideli subrepere, isse tamen illum ad festivitatem nuptiarum, id est in domo epulationis, quispiam nostrum non sine ratione mirabitur. — Enimvero, 3
carissimi, paene omnis evangeliorum textus deum Christum inter homines conversantem desperatis rebus opem contulisse insinuat et quam maxime maeroribus adfuisse, dum blasphemantes Iudaeos increpat, dum scribas et Phariseos fallaciae, doli, avaritiae reos vanitatisque coarguit, dum civitatibus exprobrat incredulis ac minatur, dum spiritus torquet immundos, ut imagini suae captivatae subveniat et expulsis daemoniis salubritati restituat mentes obsessas, dum leprosos supplicantes emundat, dum paralyticos linguae solius, qua precarentur, viventes officio reformat potius quam curat, dum tempestate maris periclitantibus ipse super aquas ambulans securus tranquillator adventat, dum vel caecatis oculis donum lucis amissae redintegrat vel a nativitate caecis novum lumen infundit, dum inter maestas aegrotantium turbas medendi peritus adsistit, dum luctus varios obsecrantium parentum dimovet, vel morientes eorum caros sanitati restituens vel mortuos vitae. Ad hoc 4
enim filius dei, sine initio deus, in fine saeculi initium carnis sumpsit ex virgine et inter homines conversari dignatus est, ut huic mundo succurreret pereunti, quoniam, ut ipse ait, *non* erat *opus sanis medicus, sed male habentibus.* Medicus enim maestitudinis domum potius 5

21—23 *cf.* Luc. 11, 15sqq.; 38sqq. 23sq. *cf.* Matth. 11, 20sqq. 24sq. *cf.* Matth. 8, 28sqq. 27 *cf.* Luc. 17, 12sqq.; 27sq. Matth. 9, 2sqq. Marc. 2, 3sqq. Luc. 5, 18sqq. 29sq. *cf.* Matth. 14, 24sqq. 30—32 *cf.* Matth. 9, 28sqq.; 20, 30sqq. Luc. 18, 35sqq. Ioh. 9, 1sqq. 32sq. *cf.* Matth. 8, 16 *al.* 34sq. *cf.* Ioh. 4, 46sqq. Luc. 7, 11sqq.; 8, 41sqq. Matth. 9, 18—26 39sq. *Matth. 9, 12

---

16 subrepere *ab* subripere *codd.* 17 domum *Bm2* 19 poene *A* pene *B* 20 disperatis *A*, *Bm1* 22 pharasaeos *A* 24 exprobat *Bm1* 25 captiv||atae *B* 31 sedintegrat *A* 32 *post* inter *spat. intermiss. ΣH* 33 m||estas *Bm1* 36 enim *def. in B* 39 medico *ab*

quam laetitiae ingredi consuevit. Aut enim vulnerum dolore adflictis necessarius est aut aegritudinum morbo laborantibus aut lenta viscerum tabe defectis; quia medici officium prosperitas non requirit.

6 Quid est ergo, quod ista evangelii lectio, quae hodie recitata est, festivitati nuptiali interfuisse dominum perhibet invitatum, nisi quod ibi vinum, id est virtus defecerat laetitiae spiritalis, et languebant sitientium turbae vocatorum vini laetificantis inopia, quoniam *vinum laetificat cor hominis*, ut ait propheta. Sed priusquam spiritalem scientiam revelemus, rationem facti historialiter exponamus.

7 Ideo nuptiarum celebritatem non aspernatur Christus, ut eundem se esse testetur deum, qui de limo terrae figuraverit ab initio virum et feminam eisdemque licentiam tribuerit coniugalem dicens: *Crescite et multiplicamini et*
8 *implete terram.* Quod Manicheis perditis adeo displicet constitutum; quibus ego ob immunditiam suam puto non utique rem nuptialem displicere, sed legem, legem, quae non multas feminas uni viro neque unam feminam multis viris, sed unam feminam uni viro coniungit. Nolunt enim vivere ipsi exsecrabiles Manichei iuxta apostoli Pauli doctrinam, ut *unusquisque suam uxorem habeat et una-*
9 *quaeque suum virum.* — Benedixit ergo, quod constituerat a primordio legitimum Christus coniugium, dum pergere ad nuptias non renuit invitatus; et tamen virginitatem docuit esse meliorem, dum magis per eam nasci dignatur.
10 Probavit sanctam virginem suum esse domicilium deus, ubi columen pudoris perpetuum servet ingressus, dum sine

45 sq. *cf.* Ioh. 2, 1 sqq. 49 sq. *Ps. 103, 15 54 sq. *cf.* Gen. 2, 7 56 sq. *Gen. 1, 28 63 sq. I Cor. 7, 2

44 resquirit *B m1* (s *eras.*) 48 sq. turba evocitorum *A* vocitorum *B m1* (a *s.* i *m2*) sitientium convivarum ora vini *a b* 50 spiritualium *a* 51 istorialiter *A* 59 renuptialē *A* 61 sed etiam *a* 66 renuit] retinuit *A*, *B m1* 67 dum] dm̄ *A* dum deus *B* 69 columen] lumen *a*

detrimento integritatis maternae nascitur sine corruptela conceptus. Ideoque vas electionis apostolus ad istud 11
bonum, quod consecutus fuerat, ceteros invitabat dicens innupti[i]s: *Bonum est illis, si sic permanserint sicut ego.* Exemplo felicitatis hortatur, non legis potestate compellit: *De virginibus,* inquiens, *praeceptum domini non habeo, consilium autem do, quasi misericordiam consecutus a domino, ut sim fidelis ... quia expedit homini sic esse.* Et post longam monitionem, qua castimoniae beatitudinem condicioni praetulit nuptiarum, sententia postrema conclusit: *Igitur, et qui dat virginem suam nuptui, bene facit, et qui non dat, melius facit.* Quod ego arbitror non parenti- 12
bus virginum fuisse a beato apostolo dictum, quos constat alienae voluntatis arbitrio dominari non posse, sed unicuique hominum, tam viro quam feminae, optionem fuisse ab eodem sancto propositam, ut virginem suam — hoc est carnem suam, virginem natam — aut integritati conservet, meliorem partem liberamque eligens, aut agnita condicione nuptui eam, si se non continet, tradat.

Parentes autem vel consanguinei quique virginum, 13
tam puerorum quam etiam puellarum, nolo sibi de supra dicta libertate arbitrii blandiantur, quod alienis mentibus eos dominari non posse tractavimus. Imperare quidem perpetuam continentiam non possunt, quia res esse noscitur voluntatis, voluntatem tamen in melius nutrire possunt et debitores sunt, ut moneant, ut hortentur, ut faveant, ut pignora sua deo magis gestiant obligare quam saeculo, ut de propinquis seminis sui vel in cleri ordine dignos altari divino ministros exhibeant vel in sanctarum numero feminarum puellas castimoniae dicatas enutriant, ut ec-

73 *I Cor. 7, 7 74 *cf.* I Cor. 7, 6 75—77 *I Cor. 7, 25sq. 77—79 *cf.* I Cor. 7, 1sqq. 80sq. *I Cor. 7, 38 87sq. *cf.* I Cor. 7, 9. 36

73 innuptiis *A*, *Bm1* inuptiis *D* 79 sententiam postremo *G* 81 ego] ergo *Bm1* 87 c̄ conditione *A* 96 foveant *ab* 97 ut de] unde *A* 97sq. digno salutari *A* 98 sanctorum *A*, *Bm1*

clesiam dei talibus nutrimentis ornantes beatitudinem
14 debitam consequantur. Scriptum est enim: *Beatus, qui habet semen in Sion et domesticos in Hierusalem.* Inest autem praeclaro huic eloquio prophetali et sublimior in-
15 tellectus suo in loco plena disputatione pandendus. Sed quia in hunc tractatum salubriter sumus pertracti studio castitatis, dum rationem pandimus, cuius intuitu perrexerit salvator ad nuptias, breviter interim neophytis nostris salutare consilium suggeramus, spiritalem scientiam lectionis huius figuraliter explanandam dictis subsequentibus ostensuri.

16 Regeneratos vos esse per baptismum et renatos nuncupatione ipsa, qua infantes vocamini, potestis advertere. Si qui igitur vestrum coniugio alligati servare virgines suas magis quam nuptui dare desiderant, sic habeant coniuges quasi non habentes et erit illis retributio magna apud dominum deum nostrum, quod talem suam carnem servaverint, qualis baptismi sacramento renata est. *Haec ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis iniciam*; nam etsi coniugio servieris legitimo post
17 lavacrum, non peccasti. Cave solum, ut aliter non delinquas, id est ut a fornicationibus fugias iam fidelis effectus. Hoc autem custodire ita demum poteritis, si ebrietatem devitetis et convivia inhonesta, ubi turpium feminarum colubrini gestus concupiscentiam movent illicitam, ubi lyra sonat et tibia, ubi omnia postremo genera musicorum inter cymbala saltantium concrepant. Infelices illae domus sunt, quae nihil discrepant a theatris. Auferantur, quaeso, uni-
18 versa ista de medio. Sit domus Christiani ac baptizati hominis immunis a choro diaboli, sit plane humana, sit hospitalis, orationibus sanctificetur adsiduis, psalmis,

101 sq. *Esai. 31, 9 (*sec. LXX*) 113 sq. *cf.* I Cor. 7, 38; 29 118 sq. *I Cor. 7, 35 130 sq. *cf.* Eph. 5, 19

104 pandandus *A m 1* (a *alt. eras.*) 105 qui | a *B* 112 sq. potestis |||| advertere *A* 116 deum *B m 2 s. l.* 124 lira *A* 125 postrema *AB* 126 cimbala *A* ille *AB* 128 Cristiani *AB*

hymnis canticisque spiritalibus frequentetur; sit sermo dei et signum Christi in corde, in ore, in fronte, inter cibos, inter pocula, inter colloquia, in lavacris, in cubilibus, in ingressu, in egressu, in laetitia, in maerore, ut iuxta beatissimi Pauli doctrinam sive manducatis, sive bibitis, sive aliquid facitis, omnia in nomine domini Iesu Christi, qui vos vocavit ad gratiam. Ipse enim et praeteritis peccatis indulgentiam tribuit et emendatae vitae praemia pollicetur.

Sed his pro communi aedificatione moraliter dictis iam 19
venio ad promissas allegorias ipsius evangelicae lectionis. Et licet ad explanationem mysteriorum Christi idoneum me esse non arbitrer, qui necdum merear beatissimi Pauli auctoritatem praesumere dicentis quoniam *Loquimur non in doctis humanae sapientiae verbis, sed in doctrina spiritus, spiritalibus spiritalia comparantes,* desidero tamen ex eadem divini evangelii lectione caelestem vobis atque arcanam, prout dominus largiri dignabitur, intellegentiam revelare. Paulo ante enim, dum propositi sermonis prin- 20
cipium dissero causam pandens, propter quam salvator ierit invitatus ad nuptias, transcendi ad praedicabilem virginitatis conservandae tractatum ibique aliquantulum videor immoratus. Nunc autem replicabo ipsam narrationem beati evangelistae, ut intellectum spiritalem oportunius requiramus in verbis. *Et die tertia,* inquit, *nuptiae fiebant* 21
in Cana Galilaeae et ibi erat mater Iesu. Vocatus est autem et Iesus et discipuli eius ad nuptias. Et vinum non habebant, quoniam consummatum erat vinum nuptiarum.

135sq. *cf.* I Cor. 10, 31; Col. 3, 17 144—146 I Cor. 2, 13 155—158 *Ioh. 2, 1—3 (Et vinum — consummatum erat vinum nuptiarum = *οἶνον οὐκ εἶχον, ὅτι συνετελέσθη ὁ οἶνος τοῦ γάμου, ut in exemplaribus quibusdam legitur. Cf. Soden, N. T. II p. 395*)

---

131 ymnis *B* canticis|quae *A* 135sq. bibetis ... faciatis *D* 136 nostri Iesu *D* 137 *post* gratiam: facite (faciatis *ab*) *Bm2 s. l.* 140 dictis] expositis *ab* 150 dessero *A* dixero *Σ* disserebam *Bm2* disserui *ab* 158 consumptum *a*

22 Veram gesti historiam, ut oportuit, cognoscentes iam quis iste sit dies tertius, in quo factae nuptiae memorantur, spiritaliter exponamus. Dies lucis est, fratres carissimi, et ideo praeceptis domini, qui verum lumen est, aequissime comparatur testante propheta: *Praeceptum domini lucidum, illuminans oculos.* Et alibi iterum: *Quoniam lux,* inquit, *mandata tua super terram.* Unde bene salvator dominus admonebat in luce esse ambulandum dicens quod *Si quis ambulat in die, non offendit, quia lucem mundi huius videt.* Vere enim si quis ambulaverit in luce praeceptorum dei,
23 offendere nequaquam potest. Dies itaque fuit in mandato primus ab Adam usque ad Moysen; secundus dies fuit sub lege Moysi; tertius dies est sub gratia salvatoris. In quo [ho]die sponsus ipse caelestis, amator animarum credentium dominus Iesus, sponsam sibi ex gentibus coniunxit ecclesiam, cui anulum signaculi sui et inaures fidei tribueret pretiosas — nam *Fides ex auditu, auditus autem per verbum dei,* videlicet filium, quia *In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum* — cui sponsae idem dei filius deus verbum aurea quoque donaret dextralia, probabilium quippe operum dextrorumque factorum, nec non etiam cetera singillatim pretiosa monilia largiretur, quae spiritalium sunt ornamenta virtutum.

24 Et ut agnosceres tertia hac die spiritales istas a Christo nuptias in plebe gentium celebrari, non in Iudaea fiunt, sed in Cana Galilaeae; quod praeter testimonium sancti Esaiae, qui Galilaeam gentium memoravit, ex interpretatione ipsorum nominum clarius ostendetur. Cana enim possessio

---

162 *cf.* Ioh. 1, 9 163sq. Ps. 18, 9 164sq. *Prov. 6, 23 166sq. *Ioh. 11, 9 169sqq. *cf.* Filastrius, Div. her. 136, 1sqq. (*ed. Marx*) 175sq. *Rom. 10, 17 176sq. Ioh. 1, 1 185sq. *cf.* Esai. 9, 1

---

162 vero (-ū *s. s.*) *A* 169 in man||||to *Σ* 172 hodie *AB* die *Ω* animator *Bm1* 174 annulum *BΩ* 178 cuius sponsus *a* 181 munilia *A*

dicitur, et Galilaea vel volubilis nuncupatur vel rota, ex Hebraeo quippe interpretata sermone. Constat autem po- 25
pulum gentium ex errore idolatriae, ubi olim fuerat devolutus, nunc ad Christianae veritatis cultum celeritate rotae cuiusdam properare currentis. Unde etiam figuraliter cecinit propheta David locutus ad deum: *Vox tonitrui tui in rota. Intonuit* enim *e caelo dominus et altissimus dedit vocem suam* dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo* [*mihi*] *bene placui; hunc audite.* Cuius tonitrui vox haeret in cordibus plebis huius, quae ex gentili superstitione ad fidem domini Iesu tamquam rota currens velociter properavit. Quam ob causam etiam beatos apostolos digne arbitramur a Christo filios tonitrui nuncupatos, quod dicitur Hebraeo sermone Boanerges. Nam legimus alio in loco evangelii quosdam ex 26
gentibus desiderantes appropinquare Christo aditum quaesisse per apostolum Philippum, qui erat a Bethsaida Galilaea civitate, ut opinor, familiaritate confisos: *Domine,* inquiunt, *volumus Iesum videre. Venit Philippus et dicit Andreae; Andreas et Philippus vadunt et dicunt ad Iesum* et cetera his cohaerentia, quae suo in loco, ut meminit dilectio vestra, minutatim disserui, ubi confestim dominus legatos gentium gratulanter amplectens et in paucis credentibus fidem praevidens innumerabilium populorum dixit apostolis: *Venit hora, ut glorificetur filius hominis.* Et post 27
pauca vocem convertens ad patrem: *Pater,* inquit, *glorifica nomen tuum. Statimque vox de caelo veniens ait: Et glorificavi et iterum glorificabo.* Quam vocem dei patris circum-

193 Ps. 76, 19 194 sq. Ps. 17, 14 195 sq. *Matth. 17, 5 199 sqq. *cf.* Marc. 3, 17 201—204 *cf.* Ioh. 12, 20 sqq. 205 sq. *Ioh. 12, 21 sq. 207 sq. suo in loco — disserui: *hic tractatus ad nos non pervenit.* 211 *Ioh. 12, 23 212—214 *Ioh. 12, 28 214—216 *cf.* Ioh. 12, 29

189 Consta *A* 191 celebritate *A, B* (b *eras.*) *ΣF* 195 mihi *Ω Vulg. om. AB* 196 complacui *B m2* 201 evangelii *om. B* 202 sq. quaesiss*e *A* 212—214 clarifica nomen ..... clarificavi et iterum clarificabo *B*

stantium Iudaeorum turba audiens de excelsis caelorum sedibus resultantem tonitruum putat, quia verba non sequitur; populus enim secundum prophetiam sancti Esaiae aure audiens et non audiens sonum tantummodo divinae vocis
28 audierat sine intellectu sermonum. Ideoque dominus et in evangelio ad omnes et in Apocalypsi post doctrinam caelestem clamat: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Noverat quippe universis inesse aures, sed non omnibus audiendi; neque enim computabitur audisse, qui cordis hebetudine obtunsus, quod audivit, ignorat. Apostoli autem et per apostolos ad fidem Christi currentes, qui audiendi habebant aures, meruerunt intellegere divina eloquia pro magnitudine sui, sicut in Apocalypsi legimus tonitruis comparata; quandoquidem digni habiti sunt ad salutarem notitiam veritatis paterno testimonio caelitus erudiri.

29 Cana autem parva civitas est in Galilaea gentium, in cuius Galilaeae partibus sita est et civitas Capharnaum, ubi beatus evangelista Mattheus Christum testatur habitasse dicens: *Cum audisset Iesus quia Iohannes traditus est, secessit in Galilaeam; et relicta civitate Nazareth* — alterius videlicet Galilaeae — *venit*, inquit, *et habitavit Capharnaum maritimam in finibus Zabulon et Neptalim; ut adimpleretur quod per Esaiam prophetam dictum erat: Terra Zabulon et terra Neptalim, via maris trans Iordanen Galilaeae gentium. Populus, qui sedebat in tenebris, lucem vidit magnam, et qui sedebant in regione et umbra mortis,*
30 *lux orta est illis.* Iohannes quoque evangelista beatissimus memorat quod dominus Iesus reliquerit terram Iudaeam et

---

217 sq. *cf.* Esai. 6, 9 sq. Ioh. 12, 39 sq. 221 Matth. 13, 9; Luc. 8, 8; *cf.* Apoc. 2, 7. 11 al. 224—226 *cf.* Matth. 13, 11 al. 227 *cf.* Apoc. 4, 5; 6, 1; 8, 5; 10, 3 233—241 *Matth. 4, 12—16; *cf.* Esai. 9, 1 sq.

---

216 sq. assequitur *ab* 219 in *s. l. A* 222 non aures omnibus (*s. l.*) audiendi *B* 223 habitudine *A, Bm1, a* 224 quod *Bm2* quid *A, Bm1* 225 qui] quia *Bm2* habeant *A, Bm1* 230 parva] prava *A* 238 neptalim, h *s. t A* (*at cf. 236*) 240 sedebat in regione *ABΣ*

abierit iterum in Galilaeam. *Oportebat autem transire,* inquit, *illum per Samariam,* ubi eum causa mulieris Samaritanae aliquantisper in ipso transitu remoratum describens consequenter adiecit: *Post biduum autem exiit inde et abiit in Galilaeam. Ipse enim Iesus testimonium perhibuit,* inquit, *quia propheta in sua patria honorem non habet. Cum autem venisset in Galilaeam,* inquit, *susceperunt eum Galilaei visis omnibus signis, quae fecit Hierosolymis in die festo; et ipsi enim venerant in diem festum. Venit ergo,* inquit, *iterum in Cana Galilaeae, ubi fecit de aqua vinum. Erat autem quidam regulus, cuius filius infirmabatur in Capharnaum. Hic cum audisset, quia Iesus advenit a Iudaea in Galilaeam, abiit ad eum et rogabat, ut descenderet et sanaret filium eius incipientem mori.* Quem statim virtute sermonis sui tamquam medicus caelestis cum sanasset absentem, taliter sanctus evangelista conclusit: *Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset a Iudaea in Galilaeam.*

Ergo, ut ad interpretationem nominum rationemque 31
figuralem redeam, in Cana Galilaeae, id est in possessione gentium, spiritales sub Christi praesentia nuptiae celebrantur, propheta ex eius persona loquente ad ecclesiam in Canticis canticorum: *Veni a Libano, sponsa, veni a Libano,* 32
id est a turificatione illa gentili. Nam libanum tus interpretamur ex Graeco, quod magi illi ex gentilitate venientes Christo potius offerendum esse crediderunt. Libanus denique et mons esse arduus apud Phoenices cernitur, superbo imperio gentium comparatus; unde vel maxime sponsa haec evocatur ecclesia audiens vocem Christi dicentis: *Veni a*

---

243 sq. *Ioh. 4, 4 246—256 *Ioh. 4, 43—47 259 sq. Ioh. 4, 54 265 *Cant. 4, 8 267 sq. *cf.* Matth. 2, 11 271—274 *Cant. 4, 8 (*sec. LXX*)

---

245 aliquantis perinipso transiture moratum *A* 246 habiit *A* 247 inquit perhibuit *B* 251 venerunt *AB* 252 sq. dea qua *A* 253 quidam *om. B* 264 prophetia *ABa* 266 illa *om. B*

Libano, sponsa, veni a Libano; venies et transibis ab initio fidei, a capite Sanhir et ab Hermon, a cubilibus leonum, a montibus leopardorum — scilicet ut horrentis idolatriae silvas deserens et stabula immanium ferarum, daemonum quippe cubilia derelinquens, ad omnipotentis dei cultum properet eiusque amplectatur fidem, qui eam divini
33 amoris gratia sponsam vocare dignatur. Sed dicat aliquis: Si deus iuxta apostoli Pauli doctrinam *omnes homines vult salvos fieri et ad notitiam veritatis venire*, cur apud gentes potissimum in consummatione saeculi istae salutares nuptiae celebrantur et superioris aevi plebes divino non sunt copulatae coniugio?

34 Ostendam tibi, dilectissime, et ipsum protoplastum Adam divinae familiaritati fuisse coniunctum, perceptis ab ipso sponso imaginis divinae insignibus sapientiae et intellectus vitaeque perpetuae ornamentis. Sed postquam lenocinante diabolo fides est adulterata mandati, immortalitas pariter cum libertate divini amoris ablata est; fuit tamen usque ad diluvium et usque ad ipsam legem iustorum quorundam redivivus amor erga deum et dei erga paucos
35 sanctos reformata coniunctio. Verum quia praeter raros quosque, ut praedixi, sanctos fornicabatur omnis terra a domino et vesana libidine innumeros sibi idolorum deos generatio humana coniunxerat, elegit continuo deus stirpem iusti seminis Abrahae et legitimas coniunctionis tabulas digito suo perscriptas inter se et illam plebem Moyse mini-
36 stro firmavit. Exinde illa plebs divina praecepta concipiens

279sq. *I Tim. 2, 4 287—289 *cf.* Gen. 3 295sq. *cf.* Gen. 12, 1sqq. 296—298 *cf.* Ex. 20, 1sqq.; 31, 18

272 sponsa — Libano *om. B* 273sq. leonum a montibus *def. in A* 276 dei *om. A* 280 venire veritatis *B* 281 consummationem *A* 282 superiori saevi *AB* 283 coniugio] conguio *A* 285 familiaritate *A* 287 vitae quae *A* 288 adultera, ta *s. s. Am2* 289 libertate *codd.* liberalitate *Pantagathus in L* 293 preterdixi *B* (*punctis subditis*) 294 libidinoninnumeros *A* 295 coniuxerat *A* 297 praescriptas *ab*

et fecunda prole sanctorum coepit Deo, cuius copulam
300 meruerat, esse carissima. Sed processu temporis nimium
sibi de dei amore praesumens per delicias ad luxuriam
declinavit et per luxuriam ad contemptum rebellationemque
prorupit; verberata est et frequenter et varie, quod adul-
teriis succubuerit idolorum. Nam saepe gladio, saepe cap-
305 tivitati est tradita, sed, sicut scriptum est, noluit recipere
disciplinam. Propter quod ad eam deus loquitur per pro- 37
phetam: *Non vocaberis ultra mollis et delicata, sed sede*,
inquit, *in terram et accipe molam et mole.* Et quid post
omnia? *Apparebunt*, ait, *opprobria tua.* Et iterum con-
310 queritur de ea dominus apud prophetam: *Vidisti*, inquit,
*quae fecit mihi habitatio domus Israhel? abiit super omnem
montem excelsum et subtus omne lignum nemorosum et
fornicata est illic in idolis; et moechabatur*, inquit, *lignum
et lapidem. Et dixi, postquam fornicata est haec omnia:*
315 *Revertere ad me et non est conversa. Et dimisi eam et
dedi ei libellum repudii.* — Fugiamus, obsecro, ab idolis, 38
ne repudiari similiter mereamur. Quem tamen acceperit
Iudaea plebs libellum repudii, audiamus: *Hierusalem,
Hierusalem, quae occidis prophetas et lapidas eos, qui ad*
320 *te mittuntur, quotiens volui congregare filios tuos, sicut
gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti. Ecce
relinquetur vobis domus vestra deserta.* Post passionem 39
quoque domini plenior libellus repudii ab apostolis datur
synagogae Iudaeorum, cum dicitur: *Vobis oportebat primum*
325 *adnuntiari verbum dei; sed quoniam respuistis illud et indi-
gnos vos iudicastis aeternae vitae, ecce, convertemur ad gen-*

305sq. *cf.* Hier. 2, 30 307sq. *Esai. 47, 1sq. 309 *Esai. 47, 3 310—316 *Hier. 3, 6. 9. 7sq. 318—322 *Matth. 23, 37sq. 324—327 *Act. 13, 46sq.

---

299 secunda *A*, *Bm1* 302 ad *Bm2 s.* 303 itaque verberata *ab* 306 loquitur deus *B* 308 terra *ab* quid *del. Bm2* 308sq. post haec *ab* 309sq. conquiritur *Bm1* 313 moechabitur *Bm1* 313sq. cum (*s. l.*) ligno et lapide *Bm2* 317 repudiati .. mereamur audire *ab* 326 aeterna vita *Bm2 Ω ab* convertemur *A* (*cf. IX § 43*) convertimur *BΣ*

40 *tes, sicut mandatum est nobis.* Deserta igitur ac repudiata
Iudaeorum plebe, nostra ex gentibus sumitur in coniugium
plebs: *Vocabo enim non plebem meam, plebem meam et non*
41 *dilectam, dilectam.* Praedixerat dominus per prophetam
sane, quoniam primo die sub mandato et secundo sub lege
celebratae, ut exposui, nuptiae fuerant. Ideo sanctus evan-
gelista non absolute ait: 'Die tertia nuptiae fiebant', sed
coniunctione praeposita loquitur: *Et die tertia nuptiae*
fiebant in Cana Galilaeae, et ibi erat, inquit, *mater Iesu.*
42 — *Ibi*; ubi? utique apud gentes; nam beatam Mariam de
gente Moabitarum ex matre legimus traxisse originem.
Booz enim *genuit Obeth ex Ruth* — utique illa muliere
Moabitidi, — *Obeth autem genuit Iesse, Iesse genuit David*
regem, de cuius semine nascitur Ioseph, cui desponsata
virgo Maria — eiusdem quippe tribus, quia aliter non licebat
— genuit Iesum, qui dicitur Christus.

43 *Ibi* ergo *erat mater Iesu; vocatus est autem et Iesus et*
discipuli eius ad nuptias. Magnum mysterium pietatis!
Ipse, qui sponsus est, invitatur, invitatur autem vocibus
prophetarum ita precantium: *Domine, inclina oculos tuos*
et descende et iterum: *Excita potentiam tuam et veni, ut*
salvos facias nos. Et his multae sunt orationes consimiles
44 suppliciter invitantium prophetarum. Invitantur etiam
sancti una cum Christo discipuli, velut amici fideles eiusdem
sponsi caelestis, cum dicitur per prophetam: *Non sunt*
loquellae neque sermones, quorum non audiantur voces
eorum. Nam spiritu sancto repleti linguis erant variarum
45 gentium locuturi. Unde spiritus prophetalis ea, quae in-

329sq. Rom. 9, 25 (Os. 2, 24) 334sq. *Ioh. 2, 1 338—340 Matth. 1, 5; *cf.* Ruth 1, 4. 22 340—342 *cf.* Matth. 1, 16 343sq. Ioh. 2, 1sq. 346sq. Ps. 143, 5 347sq. Ps. 79, 3 351—353 Ps. 18, 4 353sq. *cf.* Act. 1, 8; 2, 4

328 sumitur: s *in ras. A* 333—335 sed ..... fiebant *Bm2 adscr.* 336 utique ubi ad gentes *Bm1* 336sq. Mariam constat de ... matre traxisse *ab* 338 mulier *A* 338sq. mulier fuit Moabitidis *Bm2* 339 Moabitidi *A, Bm1, Σ* 345 invitatur *Bm2 s. l.*

dubitanter futura erant, quasi iam facta pronuntians addidit: *In omnem terram exiit sonus eorum et in fines orbis terrae verba eorum.* Et, ut ostenderet clarius, qui essent isti, cuius essent praecones, adiecit: *In sole posuit tabernaculum suum et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.*

Deinde sequitur evangelistae narratio: *Et vinum non habebant, quia consummatum erat vinum nuptiarum* [id est defecerat vinum nuptiarum]. Quod vinum sancti spiritus non haberent, gentes evidenter expressit. Quod autem dicit: *quia consummatum erat vinum nuptiarum* — [id est defecerat vinum nuptiarum] — non absolute dixit, ut tu credas his forsitan defecisse, quibus adhuc datum non fuerat. Nec enim dixit: defecerat 'eis' vinum nuptiarum, sed defecisse tantummodo ait vinum nuptiarum, tamquam si diceret nuptiale. Quapropter defecisse intellegitur vinum non istarum, sed praecedentium nuptiarum; defecerat enim nuptiale vinum spiritus sancti cessantibus iam prophetis, qui ministraverant in populo Iudaeorum. *Omnes enim prophetae et lex usque ad Iohannem prophetaverunt*, nec erat quisquam, qui spiritali vino gentes potare sufficeret sitientes, sed exspectabatur dominus Iesus, qui novo vino utres per baptismum novos impleret. Nam *vetera*, inquit, *transierunt et ecce facta sunt omnia nova.* Sic tamen facta sunt omnia nova, ut origo maneret ex veteri, cum non ex nihilo vinum, sed ex antiquo aquae gignitur elemento. Nec legem litterae existimes esse temnendam, unde spiritus sanctus Iesu operante per fideles ministros hauritur; et idcirco in

46 47 48 49

356sq. Ps. 18, 5 358—359 Ps. 18, 6 360sq. *Ioh. 2, 3 (*Cf. supra § 21*) 364 *Ioh. 2, 3 372sq. Matth. 11, 13 375sq. *cf.* Luc. 5, 37 376sq. II Cor. 5, 17

356 exivit Ωab 357 terae AB 357—365 Et ut — defecerat *in ras. A* 357 qui essent isti] quia sentisti *A*, $Bm1$ 361sq. nuptiarum, [id est defecerat vinum nuptiarum]. Quod *B*, *om. A* 362—365 Quod vinum — defecerat vinum nupt. *def. in* Ω 364 consum erat *A* vinum |||||| nuptiarum *A* 372 in *def. in A* 374 potare] putare *A* 380 contemnendam *B*

diluvio antiquo homines perierunt et nunc in baptismo renascuntur, quia *littera occidit, spiritus autem vivificat.* Sola quippe interficit littera, spiritu sancto temperata regenerat. Perisse autem constat in illo diluvio omnes ipsius temporis homines praeter eos, qui intra arcam, quae typum gerebat ecclesiae, reperiri meruerunt. Nam similiter etiam nunc omnino salvi esse non poterunt, qui ab apostolica fide et ab ecclesia catholica fuerint alieni.

Elaboret ergo omni studio unusquisque vestrum permanere in domo domini exercens opera perceptae gratiae congrua. Oportet enim in novum renatos hominem a peccatis pristinis iam cavere. Servate, quaeso, utres novos, neophyti, ne vitam veterem repetentes vinum novum disrupti perdatis; *rumpit* enim *vinum novum utres veteres et vinum effundetur et utres peribunt.* Custodite igitur regenerati hominis integram novitatem et caeleste vinum in vestris utribus conservate, ut vos ipsa fides custodita conservet per salvatorem generis humani Christum Iesum dominum deum nostrum regnantem cum patre et cum spiritu sancto ante omnia et nunc et semper et in cuncta saecula.

TRACTATVS NONVS

DE EVANGELII LECTIONE II.

Explanavimus hesterno die caritati vestrae ex lectione evangelica, quae salvatorem nostrum perhibet de aqua

383 II Cor. 3, 6 385—387 *cf.* Gen. 7, 21 392 *cf.* Ioh. 3, 3 395 sq. *Luc. 5, 37

IX 3—17 *argumentum* Tr. octavi.

384 littera et *ab* 385 ipsius *codd.* = eiusdem, *cf. Tr. IX 41; XI 6 et Ind. III. Cf. Didasc. apost. p. 10, VII 10* (Hauler); *p. 38, XXVI 12—15:* episcopus enim ... unicuique dat .., ut non unus aut frequenter et in ipso die aut in ipsa hebdomada accipiat; *cf. ib. p. 24, XVI 25* 391 gratia *Bm1* 394 neosyti *A* neofiti *BΣ* (*cf. § 15*) 395 rumpet (= ῥήξει) *Bm2b* 400 deum *om. B* 401 Amen Ω (*D in marg.*) *om. ABa*

Subscriptiones et inscriptiones: FINIT EVGL. LEC. PRIMA. INCIPIT DE EADEM LECTIONE SECD QVI EST IN ORDINE

vinum fecisse in nuptiis, primum iuxta historiam gesti, quam ob causam ire dignatus sit; deinde secundum spiritalem caelestis mysterii intellectum, quid esset dies et quis esset primus dies, qui secundus, qui tertius, quae nuptiarum ratio, qui sponsus ille esset quaeve illa sponsa, quis locus, ubi fiebant illae nuptiae, et quod non primae illae nuptiae factae sint et quamobrem ibi fuisse dicta sit mater domini Iesu; deinde cur ipse sponsus invitetur ad nuptias vel a quibus, quomodo etiam discipuli pariter invitentur; deinde quid esset illud vinum, quod non habebant, et quae fuerit vini nuptialis defectio et quemadmodum repudiata ob ido[lo]latriae adulterium plebe Iudaica ecclesia gentium divino fuerit amori coniuncta.

Unde cavendum nobis est, omni genere dilectissimi, ne 2
aliquo rursus idolatriae violemur contagio et non solum repudiari, sed et damnari in perpetuum mereamur, quoniam *si quis templum dei violaverit, disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est*, ait apostolus, *quod estis vos*; cavete attentius, ne, sicut serpens decepit Evam astutia sua, corrumpantur sensus vestri a castitate, quae est in Christo Iesu, sicut admonet idem beatissimus Paulus, et repellamur ab eo, qui nos dilexit et dedit pignus sancti spiritus in cordibus nostris. Teneamus ergo gratiam sancti 3
spiritus largo munere sponsi caelestis infusam, ne ad inopiam pristinam revertamur. De qua inopia tunc in aenigmate ait mater domini ad eum: *Vinum non habent.*

Sed iam quid dominus ei responderit, attonitis menti- 4

21sq. I Cor. 3, 17 23—25 *cf.* II Cor. 11, 3 26sq. *cf.* II Cor. 1, 22 30 Ioh. 2, 3

VIIII *A* Finit evangelii lectio prima. Incipit tract. sec., qui est .... nonus *B* Finit de evangelii lectione primus, incipit sec., qui ... nonus *ΣG* Explicit de ev. l. tractatus primus, incipit ..... (= *Σ*) nonus *H* De e. l. secundus incipit, qui .... nonus *F*

IX 10 illae *Ω* ipsae *AB* istae *a* 15 quemammodum *Bm1* 16 idololatriae *A* (*at ceteris locis*: idolatria) 17 divina *Bm1* 18 dilectissimi] carissimi *ab* 24 ita (= *Vulg.*) corrumpantur *Bm2 s. l.*

bus audiamus. Ait illi Iesus: *Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea.* Iuxta intellectus simplicis rationem probare sufficimus beatam virginem Mariam sexus causa mulierem nuncupatam, sicut in Genesi de Eva scribitur: *Et iniecit deus stuporem in Adam et obdormivit; et sumpsit unam de costis eius et supplevit carnem in loco eius. Et aedificavit dominus deus costam, quam sumpsit ab Adam, in mulierem* — et utique virginem figuravit illam — *et adduxit eam ad Adam. Et dixit Adam: Hoc nunc os de ossibus meis et caro de carne mea, haec vocabitur*
6 *mulier, quia de viro suo sumpta est.* Sed dicat fortasse aliquis parvae fidei ac parum prudens virginem quidem Mariam non ex viro concepisse Christum, sed de spiritu sancto, ut in evangelio ad eam loquitur archangelus Gabrihel, nato tamen Christo virginem dici ultra non posse, quam constet edidisse partum; et ideo non dixisse Christum: *Quid mihi et tibi est, virgo?* sed: *Quid mihi et tibi est,*
7 *mulier?* Audi ergo divinam rationem spei communis ac vitae. Nascitur Christus non sibi, sed nobis. Nascitur enim, qui semper erat; na*scitur*, qui in principio erat et filius dei et verbum dei et deus. Hic ideo prope finem saeculi ex virgine natus est, ut verbum caro factum habitaret in nobis, permanens tamen deus esse, quod semper. Nascitur autem filius dei in homine, ut vel ita conditorem suum intueri caperet mundus, et nascitur de spiritu sancto ex virgine, ut hominem, quem de limo terrae plasmaverat, sancto
8 spiritu ex massa eadem reformaret. Si credimus conceptum virginis, credere debemus et partum; utrumque impossibile videtur homini, sed est omnipotentiae divinae parum. Quid

32sq. Ioh. 2, 4 36–42 *Gen. 2, 21–23 44–46 *cf.* Luc. 1, 35 48sq. Ioh. 2, 4 51sq. *cf.* Ioh. 1, 1 53 *cf.* Ioh. 1, 14 57 *cf.* Gen. 2, 7

37 unam *def. in B* 40 et — ad Adam *om. B* 41 de ossibus] ex oss. *B* 42 mulier] virago (= *Vulg.*) *ab* viro] caro *Bm1* 51 nascitur *ab* Nam *ABΣ* 52 prope finem] profinem *A, Bm1* 54 semper est *Bm2* 57 de *Σ om. AB* 58 reformaverat *Bm1* 60 parum *codd.* parvum *b*

enim deo magnum — ut omittam sublimiora eius opera — qui ex nihilo fecit terram et de terrae limo carnem et de carne viri feminam ita, ut neque pars reliqua terrae aliud esset quam fuerat, neque Adam minus haberet, quod deus abstulerat, neque femina hoc esset tantum, quod ex viro sumptum fuerat. Integer Adam ossa sua et carnem recognoscit in femina dicens: *Hoc nunc os de ossibus meis et caro de carne mea,* et tu non vis, ut eum, qui haec operatus est, integra virgo filium recognoscat? Qui sine corruptela matris conceptus creditur, cur non etiam sine corruptela editus praesumatur? Incorrupta virgo peperit, quod intacta virgo concepit. Integritatem nascendo violare non potuit, qui venerat redintegrare naturam. Cuius facti fidem si quis adhuc terrena cogitatione depressus sensuque carneo praepeditus tardiore gradu sequitur ac de dei omnipotentia infideli corde cunctatur, discat ex Evangelio Iohannis eundem deum post resurrectionem suam bis ad apostolos in domo, ubi erant congregati propter metum Iudaeorum, clausis utique ianuis introisse; et certe introgressus. Ne non in carne vera esse, sed in phantasmate putaretur, manus suas ceteraque membra Thomae apostolo attrectanda ingerit dubitanti. Similiter et in Evangelio beati Lucae simul discipulis omnibus contestatur ingressus: *Palpate me et videte, quoniam spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* O miranda fides! reseratae non sunt ianuae et ipse intrinsecus cum vero corpore apostolicis non solum videtur oculis, sed et manibus pertractatur. Veritas mirabilis facti, cuius rationem non nisi sola fides adsequitur, omnipotentiam clamat auctoris; nec ideo negabitur factum,

67 sq. Gen. 2, 23 76—82 *cf.* Ioh. 20, 19—29 83—85 Luc. 24, 39

67 de] ex $B\Sigma$ 68 ut eum *s. l.* $Bm2$ 68 sq. operatus est $B\Omega$ est *om.* A 71 praesummatur (m *eras.*) $Am1$ 73 redintegra renaturam A 75 tardiore cogitatione depressus ac A 75 sq. infideli] fideli B 77 ad $Bm2$ *s.* 80 fantasmate AB 81 menbra A 82 dubitandi A 83 ingressus $Bm2$ *s.* 85 videbitis $Bm2$

quia magnitudinem divini operis pusillitas mentis humanae non invenit. Eadem ergo divinitatis virtute per inviolabilem feminam mundi huius intravit hospitium, claustrum virginei pudoris etiam nascendo conservans, qua et post resurrectionem ianuis obseratis domum potuit corporeus introire.

12 Illud etiam quaestioni huic solvendae quam maxime congruit, quod apostolus Christum memorat *editum de muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret.* Utique ut sic illa, cum virgo sit, mulier appelletur veritate sexus, non detrimento integritatis, quomodo deus dei filius ob dispensationem salutis nostrae sub lege factus esse praedicetur, cum dator ipse sit legis. Hoc totum pro beatitudine Mariae dixerim, cum illam Christus mulierem nuncupaverit, quae divino partu sic coepit esse mater, ut virgo sacratior permaneret.

13 Quod vero ait: *Quid mihi et tibi est? nondum venit hora mea*, non mihi videtur ista responsio ad illam suggestionem Mariae sensibiliter convenire, nisi si in mysterio locutus esse spiritaliter dominus disseratur, ut, quoniam vinum spiritus sancti ante passionem Christi ac resurrectionem gentibus dari non poterat — evangelista testante: *Nondum erat spiritus datus, quia Iesus necdum fuerat glorificatus* —, merito tunc inter initia signorum matri responderit: *Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea,* tamquam si diceret: Quid tam praepropera est, o mulier, tua suggestio, cum hora passionis meae nondum advenerit, qua perfectis omnibus vel doctrinae vel operationum divinarum virtutibus pro vita credentium mori disposui? Post passionem resurrectionemque meam, cum ad patrem rediero,

96 sq. *Gal. 4, 4 sq. 105 sq. Ioh. 2, 4 111 sq. *Ioh. 7, 39 113 Ioh. 2, 4

90 pu*lli tas *A* 91 invenit] īnerit *C* tenuerit *b* 93 qua] quia *Bm1* qui *a* 94 obser*atis *A* 95 maxime *def. in BD* 96 commemorat *Bm1* 98 appellaretur *B* 103 cepit *A* 106 sq. sucgestionem *A* 107 nisi quod in *Bm2* 108 esse] et *B* 112 ma*tri *A* 118 mea *A*

tunc eis donabitur vinum spiritus sancti. Quapropter et 14
ipsa beatissima agnito responsionis huius profundo mysterio intellexit non suggestionem suam praesentem aspernanter acceptam, sed secundum illam spiritalem rationem in mysterio tunc dilatam. Ceterum numquam mandaret ministris: *Quodcumque dixerit vobis, facite*, nisi spiritu sancto et post partum divinum plena non solum responsionis Christi virtutem cognovisset, verum etiam futuri ab eo tunc ex aqua vini universum ordinem praevidisset. Quid enim lateret sapientiae matrem, capacem dei, aedem dignissimam tantae virtutis?

Veritate facti historialiter approbata figuras nunc 15
spiritaliter propositas persequamur; sicut enim intellexisti sponsum et sponsam, diem et dies, nuptias et locum, indigentiam vini et cuius vini: ita etiam matrem domini figuraliter accipe sanctorum patriarcharum et prophetarum iustorumque omnium plebem, unde originem carnis nostrae idem dominus traxisse in evangelio perhibetur. *Liber* enim *generationis Iesu Christi, filii David*, scribitur, *filii Abraham* et sequentium reliquorum. Haec ergo mater 16
domini, generatio patriarcharum et prophetarum, intercessit pro nobis gentibus apud aeternum filium dei et suum secundum carnem natum, ut donaret nobis indigentibus caelestis vini laetitiam; audit similia illis dictis, quae apostoli suggerentes pro Chananea, gentili quippe muliere, audierunt: *Non est bonum tollere panem filiorum et dare canibus,* id est gentilibus, qui prius in superstitione positi canum more consueverant immundum sanguinem idolothytarum lambere victimarum, contra dominum deum non agnitum ore rabido oblatrantes. Nam canes eramus nos 17
quondam gentes et filii erant aliquando Iudaei et idcirco

---

124 Ioh. 2, 5 132sq. *cf.* Tr. VIII § 34sqq. et § 43—45: sponsum et sponsam, § 22sq.: diem et dies, § 24sqq. 31sqq.: locum, § 46—49: indigentiam vini 136—138 Matth. 1, 1 144sq. *Matth. 15, 26

---

132 et sponsam *om. B* 134 accepi *Am1* (?) 148 nos] non *A*

nolebat dominus tollere panem filiorum et dare canibus; sed postquam panis ipse caelestis in sua venit et sui eum non receperunt, postquam cognoscitur idem dominus noster ab gentilibus quondam canibus et blasphemo ore contra eum latratur a filiis, postquam Pilato resistenti, ne Christum, qui rex eorum crederetur, crucifigendum pronuntiaret, pariter clamaverunt: *Nos non habemus regem nisi Caesarem,* causatur de illis iterum sic[ut] per prophetam deus: *Filios genui et exaltavi, ipsi autem me spreverunt.* Sed *convertentur ad vesperum*, quomodo propheta ait, *et famem patientur ut*
18 *canis.* Convertentur quippe et ipsi Iudaei sero tandem, ad vesperum scilicet mundi. Nam scriptum est: *Si fuerit numerus filiorum Israhel sicut arena maris, residui salvabuntur* et apostolus Paulus caecitate percussum fatetur populum Iudaeorum, donec introeat gentium plenitudo. Convertentur autem in consummatione saeculi et famem verbi dei patientur ut illi canes, qui cupiebant satiari [de]
19 micis cadentibus de mensa dominorum suorum. Adoptantur igitur gentes, prius canes, in filios et filii canibus comparantur; beluae quippe sunt omnes increduli, non natura, sed moribus, quoniam *Homo in honore constitutus non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis.*
20 Licet ergo Iudaei maiore cum scelere sacrilegis olim gentibus similia perpetrassent, Christus tamen eos, quos non iam suo, sed patrum iustorum merito diligebat, quos, licet iam indignos, adhuc tamen ut converteret, filios appellabat,
21 paterna pietate misericors nolebat relinquere. Nolebat se panem caelestem, vitae principem ab ipsis cito subtrahere et gentibus commodare, donec pertinax fides gentium illo-

151 sq. *cf.* Ioh. 1, 11 156 *Ioh. 19, 15 157 sq. *Esai. 1, 2 158—160 *Ps. 58, 15 161—163 *Rom. 9, 27 *Esai. 10, 22 163 sq. *cf.* Rom. 11, 25 166 sq. *cf.* Matth. 15, 27 170 sq. *Ps. 48, 13 175 *cf.* Matth. 15, 26 177 *cf.* Ioh. 6, 32 sqq.

153 gentibus *BΩ* 156 regem] regi *A* 157 sicut *A*, *Bm1a* 160 canes *BΩab* 166 de *CEH om. ABD* 173 perpetransent |||| *A* 174 quo scilicet *a*

rum perfidiam confutaret, donec ipse in carne adveniens doceret eos, instrueret, verberaret curationum beneficiis, quia ingrati exsisterent, iudicaret divinis virtutibus, quia flecti ad fidem neglegerent, condemnaret et ita demum consummata in passione sua eorum nequitia post resurrectionem propriam migraret ad gentes, quibus se ipsum panem vitae tribueret et per aquam baptismatis poculum sancti spiritus propinaret.

Iam vero quibus ministris dicat mater ista domini Iesu: *Quodcumque dixerit vobis, facite* et quid imperatum quidve factum sit, videamus. Illuminante oculos cordis nostri ipso domino salvatore, qui lumen est aeterni luminis coaeternum, praeter beatam Mariam proprie matrem domini cognovimus sanctorum patriarcharum et prophetarum plebem originis causa Christi esse matrem, quae legatione apud eum functa sit pro nostra inopia; nunc advertamus, quibus ministris loquatur: *Quodcumque dixerit vobis, facite.* Ministros ego non illos secundum rei gestum solos accipio, qui tunc in illo nuptiarum convivio ministrabant, sed iuxta spiritalis convivii rationem primo[s] ministros Novi Testamenti intellego esse apostolos, deinde apostolicos sacerdotes, quibus et lex et omnis sanctorum prophetarum doctrina insinuat, ut, quidquid praeceperit eis dominus Iesus, obsequio prompto perficiant. Iam quid ab illo iubeatur ministris, sequens loquetur sermo. 22 23

Interim, quid evangelista interloquatur, ausculta: *Erant*, inquit, *ibi lapideae hydriae positae sex secundum purificationem Iudaeorum, capientes singulae metretas binas vel ternas.* Nuptiae istae quamvis in Galilaea gentium 24

188 Ioh. 2, 5 191—194 *cf.* supra § 15, 133 sqq. 195 = 188 205—207 Ioh. 2, 6

179 et donec *ab* 180 verberaret ut *Bm2* 181 iudicaret et *Bm2* (et *s. l.*) 184 pripriam *A* 191 propriet *A* 194 sit] est *C* 195 ego] ergo *B* autem *ab* 197 sq. convii *Bm1* convivi *D* 198 primos *codd.* primo *ab*; *cf. XVII 5* 203 loquitur Ω *ab* 205 hidriae *B* idrie Σ 206 capient *Bm1* (es *s. l.*)

gererentur et haberent figuram, quam diximus, tamen a Iudaeis tunc agebantur; et erant ibi verae hydriae sex lapideae positae secundum purificationem Iudaeorum, ca-
25 pientes singulae metretas binas vel ternas. Nam Iudaei id moris habebant, ut, priusquam synagogam ingrederentur vel de publico regressi domum priusquam pranderent, cutem corporis sui aqua diluerent. Erat autem mensura aquae ad abluendum corpus sufficiens vel duae metretae vel tres — id est amphorae vel duae vel tres — pro quan-
26 titate scilicet magnitudinis corporum. — Non possum parcere transiens purificationi Iudaeorum immundae. Lavant polluta corpora, abluta statim polluunt; semper lavant, semper impuri sunt; ut dici solet, *Laterem lavant*; illum laterem, quem paraverunt in Aegypto Faraoni diabolo, exhibentes se ipsos arma iniquitatis peccato ad constructionem hostilium civitatum. Terrei enim sunt et igneo spiritus sancti nequaquam calore solidati. Quapropter usquequo deliquescant in mortem, laterem suum lavare non desinunt polluendum. Quin immo porcorum more de aqua in caenum redeunt. Isti sunt porci, quos iratus dominus legioni daemonum tradidit, ut praecipitaren-
27 tur in lacum morte necandi perpetua. — Fugite immunditiae exemplum, neophyti, ne poenae participes exsistatis. Unum baptisma nobis apostoli iuxta divinam sententiam tradiderunt; ait enim: *Qui biberit ex ista aqua, non sitiet in aeternum.* Abluti semel estis baptismo salutari; nolite de fonte in caenum regredi; servate donatam munditiam. Non potest iterari, quod semel est.

208 *cf.* Tr. VIII. § 31 sqq. 211—214 *cf.* Marc. 7, 3 sqq. 220 *cf.* Terent. Phorm. 186; Senec. Controv. X Praef. 11 221—223 *cf.* Ex. 1, 11 227—229 *cf.* Matth. 8, 31 sq. 232 sq. *Ioh. 4, 13

208 gerantur et habeant *B m2* 209 vere *CEab om. DH* 212 prius *B* (quam *m2 s.*) 214 cutem corporis] cutemporis *A* 215 duo *B* 216 id est — tres *om. Ω* 218 purificationem *A* 219 ut (*m2 s.*) abluta .. polluant *B* 220 et ut *ab* 230 pene *AΣ* 235 est amissum *ab*

Sed iam videamus, quae sint apud gentes per allegoriam sex illae hydriae lapideae capientes singulae metretas binas vel ternas. In unoquoque hominum sex quaedam inesse numerantur: visus oculorum, auditus aurium, odoratus narium, loquela oris, attrectatio manuum, incessus pedum. Haec omnia, cum essemus gentes, lapidea erant in nobis et mortua, sicut sanctus propheta David exsecrando testatur: *Simulacra gentium argentum et aurum.* Studio tacuit ceteras viliores materias metallorum, ut in pretiosis multo magis damnaret et vilia. Simulacra ergo gentium ut, quo sensu vituperata sunt, edicamus, quando satis opulentos fabricatores habuerint, erunt, inquit, insensibilia metalla, *argentum et aurum opera manuum hominum. Os habent et non loquentur, oculos habent et non videbunt, aures habent et non audient, nares habent et non odorabunt, manus habent et non palpabunt, pedes habent et non ambulabunt.* Et quid? *Similes illis fiant omnes*, ait, *qui faciunt ea, et omnes, qui confidunt in eis.* Ergo cum confideremus in idolis, erant in nobis isti sensus sex iuxta sententiam prophetae emortui atque lapidei, sine officio, sine motu, sine motu congruo, sine officio competenti; [sed] at ubi in deum vivum a simulacris mortuis conversi credidimus, vivificati sumus audientes ab ipso: *Quia ego vivo et vos vivetis.* Et iterum: *Ego sum resurrectio et vita; qui credit in me, etsi mortuus fuerit, vivet; et omnis, qui vivit* — id est qui iam credit, si usque in finem crediderit — *non morietur in aeternum.* Conversi igitur ad fidem et vivificati per baptismum oculos levamus ad deum, odorem notitiae eius in-

28 29 30 31

243 Ps. 113, 12 248—252 Ps. 113, 12—15 252sq. *Ps. 113, 16 258 Ioh. 14, 19 259—262 *Ioh. 11, 25sq.

240 adtractio *Bm1* 241 lapidetae *A* lapidea* *B* 246 quo] quos *A* sensu* *B* sunt] sint *B* 247 erunt] Sunt *B* (S *in ras.*) 250 adorabunt *A* 253 confiteremus *A* consideremus *CFa* 255sq. sine officio competenti, sine motu congruo, sed Ω 256 sed ad *A*, *B* (ad *eras.*) sed at Ω sed *delevi* (*cf. I 104; X 199*) 257 vivum] viv *in ras. A*

satiabili spiritu trahimus tacitoque testamur affectu, quoniam *Odor unguentorum tuorum super omnia aromata.* Lectiones divinas aure percipimus, ore dominum confitemur, laudamus, benedicimus, obsecramus, manus supplices ad caelum tendimus, pedibus ad ecclesiam currimus et unam trinitatis deitatem flexis ad terram genibus adoramus.

32 *Vocatis ergo Iesus ministris* — apostolis videlicet et eorum successoribus, qui sunt per singulas ecclesias sacerdotes — *dicit eis: Implete hydrias istas aqua,* hoc est: *Baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti docentes eos servare omnia, quae ego mandavi vobis.* Et plane quia audierant iidem ministri dicentem venerabilem Mariam: *Quodcumque dixerit vobis, facite,* — *impleverunt eas usque ad summum,* plenitudine quippe doctrinae infusum baptisma cumulantes. Bene autem dixit: *vocatis ministris*; nam *Paulus vocatus apostolus segregatus in evangelium dei* est; similiter et omnes apostoli vocati sunt: *Venite post me et faciam vos piscatores hominum. Quos* enim *praedestinavit, hos et vocavit, et quos vocavit, hos et iustificavit, quos autem iustificavit, hos et clarificavit.* Vocatis igitur Iesus ministris iniunxit opus celebrandi baptismatis.

33 Nec illud in postrema parte huius sermonis praetereo, quod istae hydriae nostrae capientes esse dicuntur singulae metretas binas vel ternas. Super hoc aliqui nostrorum dixerunt metretas duas vel tres patrem esse et filium et spiritum sanctum et quosdam quidem ex gentibus baptizandis patris et filii tantum scientiam posse capere, quosdam vero capaciores etiam spiritus sancti; sed ego arbitror,

---

265 Cant. 4, 10 270 *Ioh. 2, 7 (*ita legitur in Afra versione, cf. Soden, l. c. II. p. 395*) 272 *Ioh. 2, 7 273sq. *Matth. 28, 19sq. 276 Ioh. 2, 5 276sq. Ioh. 2, 7 278sq. Ioh. 2, 7 279sq. Rom. 1, 1 281 *Matth. 4, 19 281—283 *Rom. 8, 30 287sq. *cf.* Ioh. 2, 6

---

268 pedibus] pellibus *A m1* 275 idem *codd. a* 282 praedistinavit *A* 288 binas — 289 metretas *om. Ω*

quod, qui spiritum sanctum non capit, neque filium capiat neque patrem. Nec enim baptizari quis potest, nisi in integram atque inseparabilem trinitatem, quoniam nemo confitetur proprietate naturae esse, ut oportet, dominum Iesum, nisi in spiritu sancto et *Nemo vadit ad patrem nisi per filium*, ut ipse testatur, et *Nemo venit ad filium, nisi pater eum pertraxerit.* — Igitur qui unam trinitatis adorandae personam minuerit, denegavit integram trinitatem. Ergo 34 quoniam non est plus et minus in confessione fidei, quae traditur per Christi ministros in sacramento baptismatis, videamus, hydriae nostrae quas metretas singulae capiant vel binas vel ternas. Sanctus apostolus Paulus scribens ad Corinthios inter cetera spiritalium genera virtutum, quae aboleri profectu meliorum necesse sit, mansura in aeternum tria haec perhibet: spem, fidem et caritatem. *Manent*, inquit, *spes, fides, caritas, tria haec; maior autem horum est caritas.* Fides est, qua trinitatem unius substantiae confitemur; spes est, qua resurrectionem carnis et praemia pro meritis futura speramus; caritas est, qua ita Christum diligimus, ut pro eius nomine interfici aequo animo patiamur. Sed quia omnes in fide apostolica baptizati credunt 35 quidem in trinitatem et sperant futura, non tamen omnes cum sancto apostolo ex affectu dicere possunt: *Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an famis, an nuditas, an periculum, an gladius?* idcirco quaedam hydriae nostrae binas metretas capiunt, quaedam vero etiam ternas. Largiatur autem dominus Iesus, dives 36

295—297 *cf.* I Cor. 12, 3 297 sq. *Ioh. 14, 6 298 sq. *Ioh. 6, 44
307—309 I Cor. 13, 13 315—317 *Rom. 8, 35 319 sq. *cf.* Rom. 10, 12

---

294 sq. integra .. trinitate* *B* 295 quoniam] quod *B* 296 in proprietate *Bm2* (in *s. l.*) Iesum Christum *ab* 300 denegabit *BC* 301 non *om. A* 302 ministro *A*, *Bm1* (s *m2 inser.*) 304 vel binas] vel *add. Bm2* 307 perhibet — caritatem (*in ras.*) |||||||||| *A* 311 qua] quia *Bm1* 312 sq. patimur *Bm1* 315 dicere ausi sunt *b* 316 separavit *A*, *Bm1* 317 famis *A* fames *BΩ*

in omnes et super omnes, qui invocant eum, ut ternas metretas, perfecti in caritate eius, etiam sine aperto persecutionis proelio capiamus; ut pro dilectione dei paratis mentibus ad omnem praesentium poenarum tolerantiam stantes possimus ex occulti certaminis triumpho illustrem coronam victricis conscientiae promereri.

37 Ergo postquam beatissimi apostoli, fidelium ministrorum functi officio, repleverunt hydrias credentium populorum aqua venerandi baptismatis et dominus Iesus invisibili virtute hanc aquam convertit in vinum ita, ut baptizati ab illis confestim saporem divini in se spiritus operantis repentina linguarum gratia testarentur, ex quibus prior Stephanus martyr plenus gratia et virtute faciebat signa et prodigia magna in populo in nomine domini nostri Iesu Christi, tunc ait ipse dominus Iesus iisdem ministris: *Haurite nunc et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustavit architriclinus*, inquit, *aquam vinum factum, et nesciebat unde esset — ministri autem sciebant, qui hauri-erant aquam — vocat sponsum architriclinus et dicit ei: Omnis homo prius vinum bonum ponit et, cum inebriati fuerint, id quod deterius est; tu servasti bonum vinum usque modo.*

38 Explanemus primum facti ipsius historiam et ita ad propositam rationem spiritalis intellegentiae redeamus. Nuptiae apud Iudaeos cum fierent, unus — quantum traditione comperimus — dabatur de sacerdotali ordine, qui morem disciplinae legitime gubernaret curamque pudoris

---

326sq. *cf.* Act. 2, 38sqq. 332sq. *cf.* Act. 6, 8 335—341 *Ioh. 2, 8—10

---

322 pro] in *ab* 323 paenarum *A* 324 stantes] constantes *ab* occulti|| scertaminis *A* 326sq. ministro*rum *A* 332 martir *AΣ* virtute *AΩ* fortitudine *B* veritate *ab* 334 hisdem *A*, *Bm1 ΣH* 336 aquam] ex aqua *ab* 337 esset] ē *A* est *GH* 337sq. haurierant *AB* auxerant *Σ* hauserant *ab* 339 prius] primum *B* bonum vinum *B* inhebriati *B* 340 tu autem *Bm2 s. l. C*

gereret coniugalis, simul etiam conviviorum apparatui ministros atque ordinem dispensaret et pro hoc officio architriclinus, id est triclinii praepositus, diceretur. Huic ergo 39
gustum vini ex aqua facti iubentur conviviorum ministri portare. Gustat architriclinus, nesciens unde esset, et vocato sponso laudat ei saporem vini usque in illud temporis reservati. His omnibus gestis probatur virtus salvatoris in hoc etiam signo non phantasma fuisse, sed veritas, quando
praepositus convivii non modo vinum, sed et bonum vinum testatur esse, quod ei gustandum ministri domino iubente portaverant.

Iam nunc ad spiritales lineas recurrentes, quis iste sit 40 architriclinus advertamus. Architriclinum puto esse beatis-
simum Moysen, virum de tribu Levi, fidelem dei dispensatorem in tota domo eius; qui non solum in illis antiquis nuptiis illius plebis Israhel, quae repudiari postea meruit, praepositus fuit, sed etiam in istis, quae celebrantur in gentibus. Quis enim nostrum sine architriclino Moyse discere potuit, 41
quoniam dominus deus noster deus unus est et non dii? Et ne absolutum putes esse, quod dicitur unius deitatis, ab ipso ibi trinitas praedicatur, siquidem dominum dicit deum et dominum. Non enim simpliciter dixit: 'Audi, Israhel, deus tuus unus est', sed quid? *Audi, Israhel, dominus deus*
tuus dominus unus est; hoc est dixisse: unus est in trinitate deus, una est divinitas ac dominatio trinitatis, manente vera distinctione subsistentium personarum. Sicut etiam duae alae Seraphin, imaginem gerentes tam legis et prophetarum quam Veteris ac Novi Testamenti, hymnum referunt
adorandae trinitati iugiterque [con]clamant: *Sanctus, sanc-*

---

369 sq. *Deut. 6, 4 375 sq. *Esai. 6, 3

---

352 ei* *B* 353 reservate *Bm1* 355 conuu *A* convivi *Bm1* 357 portaverunt *Bab* 358 spiritalis *A* lineas] literas *a* 359 puto] potu *Bm1* 367 ipso = eodem (Moyse) *cf. VIII 386; XI 52* 370 dominus (*post* tuus)] deus *B* 373 serafin *A* 375 iugiter quae *A* conclamant Ω clamant *AB*

tus, sanctus dominus Sabaoth; 'dominus', non 'domini', neque enim recipit pluralem numerum patris et filii et
42 spiritus sancti una eademque divinitas. Deinde quis nostrum, ut dixi, sine architriclino Moyse cognoscere valuit, quod in principio fecerit deus caelum et terram et mare et omnia, quae sunt in eis, et unde homo figuratus sit vir, unde etiam femina, ex quibus universa generis humani propago multiplicata noscatur? Deinde quae fuerit prima indulti beatitudo paradisi, quod exordium culpae hominis deum provocantis offensam, dein[de] quae generationes fuerint iustorum quaeve iniquorum; et cui vel quando diluvium et cetera, quae in lege conscripta sunt Moysi et, ut breviter dicam, cuius nostrum anima divino amori et sponso caelesti Christo coniungi promeruit sine huius architriclini apparatu?
43 Ipse enim Moyses, qui praenuntiaverat adventum Christi populo Israhel dicens: *Prophetam vobis suscitabit dominus deus noster de fratribus vestris sicut me; illum audite per omnia, quaecumque locutus fuerit ad vos. Erit autem: omnis anima, quaecumque non audierit prophetam illum, disperiet de plebe* — at ubi vidit illos contra Christum, quem praedicaverat, repugnare, contulit se ad gentes et una cum sanctis apostolis exprobrat populo Iudaeorum: *Vobis oportebat prius adnuntiari verbum dei, sed quoniam respuistis illud et indignos vos iudicastis aeterna vita, ecce convertemur ad gentes; sic enim mandavit nobis*

380sq. *cf.* Gen. 1, 1 381sq. *cf.* Gen. 1, 27sq.; 2, 7sqq. 383sq. *cf.* Gen. 2, 8 384sq. *cf.* Gen. c. 3 385sq. *cf.* Gen. 5, 1sqq. 386 *cf.* Gen. c. 6—8 391—395 *Act. 3, 22sq.; *cf.* Deut. 18, 15sqq. 398—402 *Act. 13, 46sq. (*cf.* Esai. 49, 6)

376 dominus deus Sab. *Dab* 377 recepit *A* 378 quis] s *s. l. A* 381 fingatur (n *s. l. m2*) sicut vir *B* 385 deinde *BH* denique quaenam *ab* generationis *Am1 Bm1* 386 quaeve] quae *B* 387 Moysi acciderint *ab* 388 nostrum *om. B* amori] agno *G* 391 suscitavit *Bm1* 396 ad] at *A* 398 adnuntiare *B* 399sq. aeternae vitae *B* 400 convertimur *ab* mandavit] mandu**vit *A* (= manducavit ?)

dominus: Posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad ultimum terrae.

Ergo posteaquam de aqua vinum fecit in nobis dominus 44
Iesus, *ut ostenderet*, sicut ait apostolus, *divitias gloriae*
suae in vasa misericordiae, et baptizatos quosque sancti
spiritus sapore condivit, aquam legalis litterae per corda
credentium convertens in sapientiam spiritalem, tunc ait
ministris: *Haurite nunc et ferte architriclino.* Hauriunt
apostoli de hydriis baptizatorum gentilium evangelici vigo-
ris spiritalem saporem simul et gratiam — saporem in
fide, gratiam coloris in opere; unum sentitur, alterum cer-
nitur — et portant ad Moysen. Quis enim sacerdotum 45
ministrantium Christo non omnem Novi Testamenti sapien-
tiam cum lege conferat Moysi, quod ipsum dominum et
mandasse audiat et fecisse perspiciat? Nam cum leprosum
virtutis suae attactu mundasset, ilico eum transmisit ad
legem dicens: *Vade, ostende te sacerdoti et offer*[*s*] *pro*
emundatione tua munus, quod praecepit Moyses, in testi-
monium illis. Gustavit itaque architriclinus occultum 46
Christi a saeculis *sacramentum; quod aliis* gene*rationibus*
non est agnitum filiis hominum, sicut nunc revelatum est
sanctis eius apostolis et prophetis in spiritu, esse gentes
coheredes et concorporales et participes promissionis eius
in Christo Iesu per evangelium, cuius factus sum ego, in-
quit Paulus, *minister.* Participes igitur fact*ae* sunt gentes
per unumquemque apostolum evangelii ministrum promis-
sionis dei in Christo, illius nempe promissionis, quam priores
consecuti sunt ipsi apostoli, qui postea ceteris ministrarent.
Nam cum conversaretur cum illis Christus post resurrec- 47
tionem suam per dies quadraginta, sicut in principiis

404 sq. Rom. 9, 23 408 Ioh. 2, 8 417—419 *Matth. 8, 4 420—425 *Eph. 3, 3–7 429 sq. *cf.* Act. 1, 3

401 luce *A* 415 Nam cum] Nacum *A* 416 atactu *Bm1* 417 offers *A*, *Bm1* (s *ras.*) offeres Ω 420 saeculi *Bm1* (s *adscr. m2*) nationibus *codd.* generationibus (= γενεαῖς) *scripsi cum ab* 425 Paulus] ap̄l *Bm1* facti *A*, *Bm1* ΣH

Actuum apostolorum Lucas evangelista testatur: *Praecepit eis, ne ab Hierosolymis discederent, sed exspectarent promissum patris, quod a me audistis, inquit; quia Iohannes quidem baptizavit aqua, vos autem spiritu sancto baptizabimini non post multos hos dies.* In Evangelii quoque sui fine ita eundem dominum loqui ad ipsos Apostolos memorat: *Ecce ego mitto*, ait, *promissionem patris mei in vos; vos autem sedete in civitate, quoad usque induamini virtute ab alto.* Quamquam ergo nesciat architriclinus Moyses ex baptismatis dono tantam gratiam fuisse collatam, quam non ignorabant apostoli, qui fuerunt ministri sermonis, admiratus tamen saporem sancti spiritus hydriis inesse gentilium, laudat sponsi munificentiam, qui tale vinum servaverit gentibus. Quod vinum anterioribus nuptiis Iudaei bibentes non ad salubritatem suam biberunt, sed inebriati sunt et perniciosa gravedine sauciati, imbecillis quippe mentibus virtutem divini spiritus non ferentes; qui autem robustus in fide est, repletur spiritu sancto, non inebriatur. Ideo enim praeclarum est poculum dei inebrians, quoniam sobrias efficit bibentium mentes divini potus ebrietas; unde apostolus ait: *Nolite inebriari vino, sed replemini spiritu sancto.* Nam et Stephanus sancto spiritu plenus, non ebrius, vidit caelos apertos et Iesum stantem ad dexteram dei. Propterea et beatissimus Petrus ebrietatem detestatus est dicens: *Non enim, sicut vos putatis*, inquit, *hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia, sed hoc est, quod dictum est per Iohel prophetam: Et erit in novissimis diebus, dicit deus, effundam de spiritu meo super omnem carnem et propheta-*

431—435 *Act. 1, 4 sq. 437—439 *Luc. 24, 49 441 *cf.* Luc. 1, 2 443 *cf.* Ioh. 2, 10 449 *cf.* Ps. 22, 5 451 sq. *Eph. 5, 18 452—454 *cf.* Act. 7, 55 455—460 *Act. 2, 15—17 (*cf.* Ioel 2, 28)

434 sq. baptizamini *A* 435 evangeliis *A*, *Bm1* (s *eras.*) 437 ego ait mitto prom. *B* 438 civitatem *A* 441 non *s. l. A* 443 talem *A* 446 gravidine *A*, *Bm1* 455 hii *A* 457 Io*el *A* (h *eras.*) novissimus *A* deus] dn̄s *Σ*

bunt filii vestri et filiae vestrae et iuvenes vestri visiones videbunt et seniores vestri somnia somniabunt.

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeae — id est in possessione gentium — *et manifestavit gloriam suam et crediderunt in eum discipuli eius.* Nec hoc otiosum, quod '*discipuli*' ait, non 'apostoli'. Nam ut multitudinem credentium declararet, discipulorum nomen posuit, non apostolorum. Sunt enim omnes, qui credunt, eius discipuli; sed, ut ait beatus Paulus: *Numquid omnes apostoli?* 50

Studeamus nunc et precemur, carissimi, ut post hoc initium signorum, quod fecit dominus Iesus dando sanctum spiritum in cordibus nostris, cetera quoque in nobis perficiat signa virtutum: *Alii enim datur per spiritum sermo sapientiae, alii verbum scientiae secundum eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum in uno spiritu, alii operatio virtutis, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum. Haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus dividens unicuique prout vult.* — *Has igitur habentes promissiones, carissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis, perficientes sanctificationem spiritus in timore dei.* Sanctum vero spiritum idcirco ex propriae auctoritatis arbitrio distribuere munera caelestium gratiarum praedicavit apostolus dicens: *Haec omnia operatur unus atque idem spiritus dividens unicuique prout vult*, et non 'prout iubetur', ne quis inimica persuasione deceptus suspicari audeat in illa trinitatis adorandae substantia aliquid esse subiectum vel minus potens vel sibimet ipsi contrarium; 51 52

461—463 Ioh. 2, 11 467sq. I Cor. 12, 29 472—478 *I Cor. 12, 8—11 478—480 *II Cor. 7, 1 483sq. *I Cor. 12, 11

463—467 Nec hoc — eius discipuli *om.* Ω 463sq. otiosum est *ab* 475 profetia tia *A* 477 operatur|||||| unus *A* 478 unicuique] que *Bm2 s.* 487 potens] potest *A*

cum sit patris et filii et spiritus sancti una in omnibus et voluntas pariter et potestas per omnia saecula. [Amen.]

TRACTATVS DECIMVS

DE EXODI LECTIONE OCTAVVS.

1 Explicitis his, quae proposueram disserenda tam de Exodi quam de evangelii lectione, congruens aliquid diei dominico reservavi, quod deus in postrema parte illius lectionis, ubi primum legem paschae adnuntiat, scribitur praecepisse. Nam post interminationem, qua dixerat: *Omnis qui manducaverit fermentatum a primo die usque in septimum diem, disperiet anima illa ex Israhel*, adiecit dicens: *Et primus dies vocabitur sanctus et dies septimus vocatus sanctus erit vobis; omne opus servile non facietis, praeterquam quod faciendum erit omni animae.*

2 Primum diem saeculi esse dominicum diem dies sabbati septimus probat, in quo requievisse perhibetur deus dicente scriptura: *Et benedixit deus diem septimum et sanctificavit eum, quia in eo requievit ab omnibus operibus suis, quae coeperat deus facere.* Caute loquitur scriptura divina non absolute dicens requievisse deum 'ab operibus suis', sed '*ab operibus, quae coeperat deus facere*', ne omnipotentem et imperio sermonis cuncta facientem laborasse existimes, cum requievisse audis, sed ut intellegas,

X 7—9 *Ex. 12, 15 10—12 *Ex. 12, 16 15—17 *Gen. 2, 3

489 Amen. *BH om. AΣ*

Subscriptiones et inscript.: FINIT de evangelii lectiõ secuñd (*haec om. B*) Incipit iterum de Exodi lectione (sermo *Bm2*) octavus, qui est in ordine decimus *ABΣG* Explicit de .. lectione tractatus sec. Incipit .... decimus *H*

X 3 preposueram *A* 7 qua] quam *ab* 11 facietis in eo *Bm2 s. l.* 21 sqq. audis — requievisse *om. Ha*

quod perfectis omnibus huius mundi rebus, a quibus requievisse, id est cessasse, describitur, alia voluntati suae placita operari non desinat, sicut testatur in evangelio dominus Iesus dicens: *Pater meus usque modo operatur et ego operor.* Requies igitur dei non laboris remedium, sed 3 coeptorum finis est operum, siquidem, postquam perfecit mundum, opus suum regere non desistit. Ipsius enim nutu omnium rerum natura cursum suum vel iussa peragit vel prohibita subtrahit. Nam in diebus sancti Noe ipsius providentia pollutum variis iniquitatibus mundum vel cataclysmo delevit vel post diluvium reparavit. Ipse super quattuor urbes Sodomorum, ubi masculi in masculos turpitudines exercebant, sulfur et ignem de caelo contra morem pluvit, ut, quos ardor illicitus ad expugnandum ius naturae succenderat, igneus imber exstingueret. Ipse genus patriarchicum delegit ex gentibus, populum scilicet Hebraeorum, pro cuius libertate Aegypti regnum novem plagis adflictum decima interemit. Ipse divisit Rubrum mare, quando in murorum firmitatem liquentis elementi unda diriguit; *gelaverunt* enim *tamquam murus aquae, gelaverunt fluctus in medio maris,* sicut testatur in Exodo fides illius cantici triumphalis. Ipse ergo, inquam, divisit 4 Rubrum mare, quod a Graecis nuncupatur Erythreum, ut et plebi suae transitum et persequentibus foveam praepararet. Egressis namque Israhelitis per fundamenta maris sicco vestigio et Aegyptiis omnibus eodem meatu post illos properanter ingressis confestim proprium liquorem stupentibus aquis deus, qui abstulerat, reddidit, et armatas acies equitum ipsumque Faraonem pariter cum quadrigis

25sq. Ioh. 5, 17 30—32 *cf.* Gen. c. 7—9 32—35 *cf.* Gen. 19, 1sqq. 24 37sq. *cf.* Gen. c. 12 38sq. *cf.* Ex. c. 7—12 39—41 *cf.* Ex. c. 14; 15 41sq. *Ex. 15, 8 46—53 *cf.* Ex. 14, 23—28

27 est summae operum Ω 34 turpidines *A* sulfor *A* 35 pluuit *A* pluit *B*Ω 36 ipsius naturae morem succenderat *ab* 37 patriarchicum] patriarcharum (*m2*) cum *B* 43 triumfalis *A* 48 prosperanter *Am1* (s *eras.*) 50 quadragis *Bm1*

curruum totoque eius exercitu undis obruentibus enecavit; aquarum muri, qui credentem populum tuiti fuerant,
5 hostilem manum propria ruina prosternunt. Ipse pluvit mannae cibum cultoribus suis in heremo, qui ignem pluverat nefando sacrilegio criminosis, ipse pluvit manna placidus, qui flammam pluverat indignatus. Sed quoniam singula per ordinem replicare propositus primi ac septimi dierum tractatus non capit, necessaria brevitate praeteriens pauca perstringam.

6 Ipse *disrupit petram et fluxerunt aquae* tot milibus hominum sitientibus in deserto, prostravit infinitos adversariorum populos, plurima inimicarum gentium regna delevit. Iordanem quoque siccavit fluvium, ut credentem populum in terram repromissionis induceret. Ipse Iordanem siccavit fluvium, qui arentem petram fluminis verterat in liquorem: *A facie* enim *domini mota est terra, a facie dei Iacob. Qui convertit solidam petram in stagnum aquae et*
7 *rupem in fontes aquarum.* Deinde legem, quam dederat in Sina, constituit in Sion, auxit in Hierusalem, et post offensam dilecti populi eandem porrexit ad gentes. Nam postquam veniens in hominem dei filius, per quem haec omnia facta sunt et sine quo factum est nihil, ab ipsis suis quondam filiis, quos protexerat et exaltaverat, non solum repulsus est, verum etiam crucifixus, clamat utique per prophetam: *Filios genui et exaltavi, ipsi autem me spreverunt. Agnovit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui, Israhel vero me non cognovit et populus me non intellexit,* tamquam si diceret, quoniam cognoverunt olim bruta animalia gentilium populorum

---

53 sq. *cf.* Ex. 16, 13 sqq. 60 Ps. 104, 41; *cf.* Ex. 17, 6; Num. 20, 11 63 sq. *cf.* Ios. 3, 14 sqq. Ps. 113, 3 66—68 *Ps. 113, 7 sq. 71 sq. *cf.* Ioh. 1, 3 75—78 *Esai. 1, 2 sq.

---

53 pluuit *A* pluit *BΩ* (*ita etiam 55*) 55 pluuerat *A* pluerat *BΩ* (*cf. 56*) 61 sitientibus] sentientibus *A* 70 delicti *B* 71 filius||| per *A* 76 asinus] sinus *A*

regnatorem caeli suumque possessorem ac dominum, humanorum peccaminum pannis indutum et in angusto Iudaeae praesepio collocatum, Israheliticus vero populus liberatorem suum contempsit agnoscere. *Auferam,* sicut praedictum est, *ab Iudaea et ab Hierusalem validum et validam* — verbum utique incarnatum — *virtutem panis et virtutem aquae* — virtutem cibi caelestis et virtutem aquae regenerantis — *et prudentem quinquagenarium* — iubeleum scilicet remissionis annum — *et sapientem architectum* — spiritum videlicet sanctum, per quem mihi aedificem ecclesiam novam ex gentibus. Abstulit enim dominus cuncta salutarium munerum dona, vel quae tribuerat vel quae promiserat Iudaeis ingratis, et contulit ad fidem suam prompto servitio ex omni natione conversis.

Quando ergo requievit deus, qui semper est operatus, 9
quem ex paucis operibus eius, quae transiens memoravi, semper cernimus operatum et cotidie operari perspicimus? Nam quod elementa tam caelestia quam terrena humano generi serviunt, ipsius opus est. Quando enim non contemnerent exiguum terrenumque hominem, nisi creatoris sui imperio oboedirent? Nos ipsi etiam quod nascimur, quod renascimur, quod haec ipsa opera dei ex parte novimus, quod vivendo vitam quaerimus, quod futurorum spem gerentes pie conversamur et loquimur, dei, inquam, dei sunt opera. Cuius 10
pietatis et hoc ingens opus est, quod etiam malos atque incredulos patienter sustineat, clementer exspectet et, si paenituerint, ut misericors pat[ient]er amplectatur. Re- 11

81 sq. *cf.* Luc. 2, 7 83—89 *Esai. 3, 1—3 95 *cf.* Gen. 2, 2 107—109 *cf.* Gen. 2, 2

80 regnarem caeli *Am1* (to *s. s.*) posesorem *Am1* possesorem *Am2* 81 panis *A* 83 contempsit] non voluit *ab* 86 virtutem aquae *def. in B* 87 prudente *A* 88 iobeleum *A* 95 esto paratus *A* 97 cernimus] certissime, certi sumus *ab* 99 Quando] Quomodo *ab* 101 oboedicerent *A* 101 sq. quod renascimur *om. Ω* 106 expectat *ABC* 107 ut] sicut *ab* patienter *A* (pac. *B*) $\overline{\text{pr}}$ *Σ* pater *scripsi* amplectitur *A, Bm2, C*

quievit plane tunc etiam dei filius ab omnibus operibus suis, quae coeperat deus facere, quando consummatis mirabilibus universis et impleto sexto die omni opere passionis, die septimo, id est die sabbati, requievit sepultus. Sed quoniam dei operosa quies est, ipsa requies otiosa esse non potuit. Nam corpore iu sepulcro deposito divinitas cum anima hominis ad inferna descendens evocavit de locis suis animas sanctorum, quorum corpora surrexisse Mattheus evangelista testatur dicens: *Et multa corpora sanctorum dormientium surrexerunt et exeuntes*, inquit, *de monumentis post resurrectionem ipsius intraverunt in*
12 *sanctam civitatem et multis apparuerunt.* Descendisse autem salvatoris animam ad inferos visitandos non solum beati Petri Epistula, verum etiam beati Davidis prophetia testatur, cum dicit: *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Filius enim dei non idcirco cum suscepti hominis anima descendit ad inferos, ut eam in inferno relinqueret, sed ut plurimas resurrecturis sanctorum corporibus animas revocaret. Ob hoc namque is, qui in forma dei semper erat, formam servi suscipiens suscepit et crucem, ut die tertia resurgendo exceptam triumpharet mortem, quam perpeti omnino vitae dominum non liceret.
13 Ergo quoniam post passionem suam dominus Iesus lucescente erat dominica a mortuis resurrecturus et primam sanctitatem primo resurrectionis suae diei conlaturus, ideo lex antiqua praenuntiat: *Et primus dies*, inquit, *vocabitur sanctus et dies septimus vocatus sanctus erit vobis.*
14 Primum diem resurrectionis vocandum perhibet sanctum, septimum iam vocatum futurum dicit sanctum,

116—119 *Matth. 27, 52sq. 121 *cf.* I Petr. 3, 19sq. 122—124 Ps. 15, 10 127sq. *cf.* Phil. 2, 7 134sq. *Ex. 12, 16

109 comsummatis *A* 112sq. *in marg. CD*: singulariter dixisti magnifice. 116 Matheus *B* 129 triumpfaret *A* 131sq. illucescente *ab*

septimum millesimum scilicet annum, de quo ait propheta ad dominum: *Quoniam mille anni ante oculos tuos sicut dies unus.* Ita igitur in primum diem resurrectionis Christi omnis erat transferenda festivitas, ut septimi diei exspectanda nobis esset et requies simul et sanctitas, cum dicitur: *Primus dies vocabitur sanctus* statimque adicitur: *et dies septimus vocatus sanctus erit vobis. Omne opus servile non facietis, praeterquam quod faciendum erit omni animae.* Quotquot enim primum diem, id est dominicum diem, nuncupamus sanctum credentes eum sanctificatum resurrectione domini Iesu, exspectamus etiam illum vere sanctum diem, septimi millesimi anni diem, qui adveniet post istos sex dies, sex milium quippe annorum saeculi, quibus completis requies erit vera sanctis et fideliter credentibus in resurrectione Christi. Nam nulla erit ibi pugna contra diabolum, qui tunc utique tenebitur suppliciis religatus, nullum certamen contra vitia corporis, quod iam concupiscentiis obnoxium non erit; nam spiritale resurget, ut apostolus ait: *Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione; seminatur in contumelia, surgit in gloria; seminatur in infirmitate, surgit in virtute; seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale.* Et iterum post pauca idem beatissimus Paulus: *Oportet*, inquit, *corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortali-*

139 sq. *Ps. 89, 4 143—146 *Ex. 12, 16 149 sqq. *cf.* Lactant. Div. inst. VII 14, 11 sq. (*ed. Brandt, CSEL. XIX 629, 25 sqq.*) 156—159 *I Cor. 15, 42—44 160—165 *I Cor. 15, 53—55

139 anni tui *B* 144 septim *A* 146 quotquot] quod *a* 149 diem id est *Bm2* 149 sq. anni — milium *om.* Ω 151 vera *AB* v+(vera ?) *C om. DGH* verae sanctitatis *a* vere *b* *in marg. CD*: Non quod conpleto (expleto *D*) septimo millesimo anno ut quidam putant quod penitere absurdum ē dictū sed incoante secdm veritatem (?) hystorie veteris testamenti. 153 contra adiabolum *A* detinebitur *ab* 155 resurget corpus *ab* 156—159 surget (*quater*) *Bm2 ab* 162 sq. Cum autem — inmortalitatem *def. in ABa*

tatem, tunc fiet, inquit, *sermo, qui scriptus est: Absor⟨p⟩ta est mors in victoria. Ubi est, mors, victoria tua? ubi est,*
17 *mors, aculeus tuus?* Et quis iste sit mortis aculeus, ipsius beati apostoli cohaerens aperit sermo: *Aculeus autem mortis peccatum, virtus autem peccati lex.* Aculeus quidem mortis peccatum, carissimi, quia per peccatum mors, virtus vero peccati lex, quoniam sine lege peccatum mortuum est. Peccatum enim non imputatur, cum lex non est. Nam neque Adam fuisset mortuus, quod de fructu illius arboris manducavit, nisi contra vetitum manducasset, legem mandati contemnens; neque hodie aliquis reatum peccati incurrit, si eum non adstringat aut naturalis lex aut mandati lex aut litterae lex.

18 Naturalis lex est illa, qua gentes legem litterae non habentes naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt; quia rationabilis animae humanae natura, ut creatorem suum sentiat, ut proximum non laedat, ut non faciat, quod pati non vult, naturali quadam lege intellegit; unde inexcusabilis est omnis homo, qui vel auctorem suum negat vel facit malum, quod per legem naturae non ignorat esse malum.
19 Iterum lex mandati est: *Ab omni fructu ligni, quod est in paradiso ad escam, edes; ab isto autem non edes,* et quaecumque ante Moysen verbo tantum deus praecepisse
20 cognoscitur. Lex litterae est: *Non occides, non moechaberis, non falsum testimonium dices,* et cetera, quae transacto iam dimidio numero annorum saeculi ideo per legem litterae prohibentur, ut neglegenti homini vel naturalem legem vel mandati legem scriptum legis commonitorium traderetur et haberet oblivio paedagogum, dissimulatio

166 sq. *I Cor. 15, 56 176 sq. *cf.* Rom. 2, 14 180 sq. *cf.* Rom. 2, 1 183 sq. *Gen. 2, 16 sq. 183 sqq. *cf.* Filastrius, Div. heres. 136, 2–4 (*ed. Marx*) 186 sq. Ex. 20, 13 sq. *16

163 absorta *ABD* 166 apostolico haerens *A* 168 carissime *AB* 173 contempnens *AB* 176 qua] quae *B* 178 natura ||||||||||| ut *A* 180 quidam *A* 184 paradyso *A* non edas *ab* 186 mechaberis *A* 191 pedagogum *AB*

compulsorem dicente apostolo: *Quoniam lex paedagogus noster fuit in Christo.* Lex autem sive naturae sive mandati 21
sive litterae tunc dominatur homini, quando aetas eius
195 capax esse coeperit legis. Et hinc est illud, quod apostolus Paulus ex Iudaeis parentibus natus, Hebraeus quippe ex Hebraeis, ait: *Ego autem vivebam sine lege aliquando,* ut ostenderet solam infantiae aetatem sine lege vivere, quae nondum capiat legem; [*sed*] *at ubi venit lex,* inquit,
200 *peccatum revixit, ego autem mortuus sum*; hoc est dixisse peccatum, quod erat ignoranti mortuum, vivere intellegenti coepit, et ego, qui vivebam prius sine lege, factus sum morti obnoxius, nisi declinavero peccatum, quod iam mihi intellegenti mortem generat, et incipit mandatum, quod
205 mihi ad vitam datum est, hoc esse ad mortem.

Ille ergo septimus millesimus annus — ut ad pro- 22
positum caput redeam — ipse erit vere beatissimus dies, quando agonis huius, quem nunc patimur, desinente conflictu optatam victores requiem capient ac felici otio
210 perfruentur, nullum servile opus ibi, id est nullum peccati opus, facientes, *quia qui facit peccatum, servus est peccati,* ut ait salvator; sed hoc plane solum facient, quod faciendum erit omni animae sanctae, scilicet ut copulati agminibus angelorum perpetuos hymnos et gratiarum actiones deo
215 nostro referant in aeternum. Sane iuxta historiae rationem 23
praeceptum Iudaeis fuerat, ut vel sabbatis ab opere peccati quiescerent et ea solum, quae animae congruunt, exercerent; sed quomodo hac salutari observatione neglecta omnem sabbati legem ad otium luxuriamque contulerint,

---

192sq. *Gal. 3, 24 196sq. *cf.* Phil. 3, 5 197—200 *Rom. 7, 9sq. 204sq. *cf.* Rom. 7, 10 210sq. *cf.* Ex. 20, 10 211 Ioh. 8, 34 216—218 *cf.* Ex. 20, 8—11; 12, 16

---

192 pedagogus *AB* 194 dominabitur *B* 198 infantis *a* 199 sed ad *A*, *B* (at *m2*) sed at *ΣH* sed *delevi*, *cf. I 104; IX 256* 204 incipi*t (a *eras.*) *B* 205 ad vitam mihi *B* 208 huius] eius *B* 212 facerent *A* 214 deo] domino *ab* 216 ut diebus sabbati ab omni opere *ab* 218 quomodo *A* quoniam *BH* quō *Σ*

unde odire se deus iam non sua, sed illorum sabbata contestatur, in evangelicis lectionibus fraternitati vestrae frequenter exposui, ubi salvatorem sabbatum violasse Iudaei vecordes incusant, quem nos implesse magis legem sabbati ipsorum operum, quae sabbatis celebravit, evidenti probatione docuimus, non aliunde instructi nisi ex ipsa lege,
24 quam pariter legimus cum Iudaeis. Scriptum est enim: *Una lex erit indigenae et advenae.* Indigenae procul dubio Iudaei erant, patriarcharum cives et prophetarum; advenae autem, qui Graeco sermone appellantur προσήλυτοι, nos utique eramus gentes, ut ait apostolus: *Peregrini atque hospites testamentorum et promissionis eorum, spem non habentes et sine deo in hoc mundo.* Sed postquam credidimus, dicit nobis idem beatissimus Paulus: *Iam non estis hospites et advenae, sed estis cives sanctorum et domestici dei.* Una ergo nobis cum Iudaeis est lex, sed illi eam carnali sensu excipiunt, nihil ibi spiritalis intellegentiae requirentes, nos vero in ea Christum repperimus, *in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae caelestis absconditi.*

25 Denique in hac etiam lectione Exodi, quae ordinem celebrandae paschae disponit, verum dei agnum cum omnibus mysteriis vitae nostrae invenimus, ipsum cognoscentes deum verum et hominem, dominum gregis et ovem, pastorem simul et pascuam. *Misericors* enim, *et miserator dominus semet ipsum dedit escam timentibus se.* Nam totius observantiae veteris legem per gratiam filii dei in veritate Novi Testamenti cognovimus esse completam probantes, quoniam paschae lex, quae per Moysen

---

220 sq. *cf.* Esai. 1, 13 sq. 221—225 *cf.* Tr. XI § 6 sqq. 222 sq. *cf.* Ioh. 5, 10. 16 226 sq. *Ex. 12, 49 230—232 *Eph. 2, 12 233—235 Eph. 2, 19 237 sq. Col. 2, 3 243 sq. *Ps. 110, 4 sq. 247—249 *cf.* Ioh. 1, 17

---

220 palam est unde *ab* odire *codd.* 227 Indigenae] Indigne *Bm1* 229 prosyliti *A*, *Bm1* proseliti *Bm2 C* prosoliti *D* 232 sine] sane *A* 238 thensauri *A* 240 celebrandi *Bm2* 243 pascua *Bm2* (m *eras.*) *ab* pascham *G* 245 observantiam *B*

fuerat data, gratia et veritas per Iesum Christum facta est; cui omnis honor, virtus et gloria cum patre et cum spiritu sancto per omnia saecula.

QVATTVOR TRACTATVS EXCEPTI DE DIVERSIS CAPITVLIS (EVANGELII: XI.—XIV.).

TRACTATVS VNDECIMVS DE PARALYTICO.

Memini me superiore tractatu sanctae dilectioni 1
vestrae pollicitum, quod adiuvante domino plenius explanaturus essem, quam ob causam unum se opus fecisse dominus testaretur, unde plebs ignavissima Iudaeorum scrupulum passa et iniquissimo furore succensa bene-

XI 6 superiore tractatu: *qui iam non exstat* 8sq. *cf.* Ioh. 7, 21

X 249 omni *A* 250 Amen *Ωab om. AB*

Subscriptiones: vide initium Tr. XI.

Inscribunt: FINITIS PASCHALIBVS INC̄PT̄ (incipit *B*) EXCEPTI (excerpti *Bm2*) TRACTATVS DE DIVERSIS (didiversis *A*) CAPITVLIS QVOR̄V̄ PRIMVS EST DE PARALYTICO (paralitico *B*) *AB* Finitis X paschalibus ..... paralitico *ΣFH* Finit decimus de paschalibus. Incipiunt excepti tract., quorum primus de paralytico *G* Incipiunt ..... paralytico et in ordine undecimus *Galeardus.*

3 evangelii *scripsi: cf. Praef. ad Beniv. § 10 et Capitula.*

XI 9 ignavissima] ingratissima *Pantagathus in marg. H*

dictionis datorem maledictis blasphemiae pulsavisset dicens: *Daemonium habes; quis te quaerit interficere?* et insuper
2 vitae dominum necis tradere supplicio cogitaret. Probavimus quidem ipsius evangelistae testimonio non unum, sed multa et innumerabilia a Christo fuisse opera celebrata. Sic enim in fine libri conscribit: *Sunt autem et alia multa, quae fecit Iesus, quae, si scribantur per singula, arbitror nec ipsum mundum capere eos libros, qui scriberentur.*
3 Sed fortasse dicat studiosus auditor: In primis partibus evangelii loquitur dominus: *Unum opus feci et omnes miramini,* in subsequentibus ille virtutum cumulus celebratur et idcirco nihil quaestionis super hoc videtur
4 esse relictum. Verum ego ab isto sermone superiora libri huius dicta recensens invenio plurima usque in hunc locum evangelii Christum deum nostrum miranda opera confecisse. Iam Nathanaelum viderat, priusquam sub ficulnea constitutus a Philippo vocaretur, iam liquorem simplicissimum perlucentis aquae in colorem saporemque vini sua potestate converterat, iam reguli filium morientem caelestis medicus, priusquam visitaret, dum rogaretur, verbo sanaverat, iam Samaritanae illius mulieris vitia occulta prodiderat et confessam spiritali fonte mundaverat, iam paralytici membra per triginta et octo annos emortua unius vocis praecepto curaverat vel potius reformaverat, iam quinque milium hominum famem quinque panibus ordeaciis et duobus piscibus satiaverat, maiore miraculo convivium solvens. Amplior enim cibi appositi quantitate

12 Ioh. 7, 20 12sq. *cf.* Ioh. 7, 30 16—18 *Ioh. 21, 25 20sq. Ioh. 7, 21 26sq. *cf.* Ioh. 1, 45—51 27—29 *cf.* Ioh. 2, 1—11 29—31 *cf.* Ioh. 4, 46—54 31sq. *cf.* Ioh. 4, 10—18 33sq. *cf.* Ioh. 5, 5sqq. 35—37 *cf.* Ioh. 6, 2—13

11 pulsaverit *Bm2* 13 cogitarit *Bm2* 16 fini *A* (*at* fine: *II § 25. 29*) 18 scriberentur posse *ab* 20 fecit *A*, *Bm1* 22 super] per *A* 23 derelictum *H* ego] ergo *Bm1* 32 confessa *AΣH* mandaverat *Bm1* 33 paralityci *A* annos et *B* emortua] mortua *Bm1* (e *s. l.*) 34 reformarat *ABΣH*

reliquiarum cumulus invenitur tot populorum fam*elic*is cohortibus satiatis. Iam mare pedibus ambulaverat ita, ut plantas gradientis tumens unda non tangeret. Sed in catalogo isto virtutum adhuc unum fecerat opus, quo frementi contra se imperito populo Iudaeorum quasi veri similem saeviendi aditum dedisse videbatur, quod scilicet paralyticum curasset in sabbato, cum lex otium sabbati imperasset. Itaque Christus, qui legem veterem non solvere venerat sed implere, tamquam violati sabbati reus insectationem perpetitur Iudaeorum.

Cogor hoc loco, fratres carissimi, omissa praesentis 6
serie lectionis rationem sabbati explanare, ne iusta credatur fuisse contra iustum persecutio iniquorum. Nam paralyticus ille, qui die sabbati a Christo curatus esse memoratur, ideo calumniam patitur a Iudaeis, quod ipsa die, qua sanatus fuerat, lectum suum portare videretur. *Sabbatum est*, inquiunt, *et non licet tibi portare grabattum tuum.* Respondit curatus: *Qui fecit me sanum, ille mihi dixit:* 7
Tolle grabattum tuum et ambula. Et in subsequentibus: *Iesus est*, inquit, *qui fecit me sanum.* Rudis adhuc ex infirmitate Iudaica, sed iam gratus de salubritate recepta, quoniam non praevalet calumniantibus facti praestare rationem, praecepti atque operis demonstrat auctorem. *Qui fecit me sanum, ille mihi dixit: Tolle grabattum tuum et ambula*; et adiecit: *Iesus est*, inquit, *qui fecit me sanum.* Cur non ait: 'Christus est', qui fecit me sanum, vel 'filius David est', qui fecit me sanum, vel 'filius Ioseph est', qui fecit me

39 sq. *cf.* Ioh. 6, 16—21 43 sq. *cf.* Ioh. 5, 5—15 44 *cf.* Ex. 20, 10 45 sq. *cf.* Matth. 5, 17 46 sq. *cf.* Ioh. 5, 16 53—56 *Ioh. 5, 10 sq. 57 *Ioh. 5, 15 60 sq. *Ioh. 5, 11 62 *Ioh. 5, 15 63 sq. *cf.* Matth. 1, 1; Ioh. 1, 45 al.

38 famidis *A*, *Bm1* famulis *CH* famulus *D* 39 cohortis *Bm1* 41 adhuc] ||||huc *A* frumenti *A* 45 venerat] erat *Am2* 46 tamquam] tamq. *A* 48 praesentis] preteritis *Bm1* 52 ipsa = eadem *cf. VIII § 49 et Ind. III.* 54. 56. 61 grabatum *Bm1Σ* 62 inquit *om.* Ω 62—65 Cur non — sanum *om.* Ω*ab*

sanum? Haec enim nomina usitata erant in populo Iudae-
8 orum tunc temporis de Christo domino salvatore. Sed quid? *Iesus est, ait*, inquit, *qui fecit me sanum*; sciebat enim, sciebat utpote Hebraeus, nomen Iesu ex virtute descendere sanitatis. Salvator si quidem dicitur Iesus, sicut declarat angelus, cum per somnium de Christo loquitur ad Ioseph: *Vocabis*, inquit, *nomen eius Iesum; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Ille ergo, inquit, me fecit sanum, cuius et nomen salus est. Et quomodo poterit salus praescripta lege prohiberi, ne salvet, aut sabbatorum condicione immutari, ne salus sit?

9 Videamus tamen, fratres carissimi, si vel ipsa lex otio sabbati salutis opus exclusit. *Sex*, inquit, *diebus facies opera tua, septimo autem die sabbatum est domini dei tui. — Non facies in eo ullum opus tuum, nisi quod fit pro omni anima.*
10 Proclivum est ex voluntate humanum genus et maxime Iudaeorum ad carnalia opera potius quam divina; et idcirco [co]status est unus in ebdomada sabbati dies, in quo a carnalibus cessare cogerentur et vacare solum divinis. Nam neque cibum coquere neque iter agere in sabbato sinebantur, ne quis sub obtentu necessitatis humanae praeponeret
11 terrena divinis. Verum posteaquam Iudaei neglectis spiritalibus negotiis, quae pro animae salute deus agenda praeceperat, omnia legitima sabbati ad otium luxuriamque contulerant, clamat ad eos continuo dominus per prophetam: *Numenias vestras et sabbata vestra et diem magnum non sustineo; ieiunium et ferias vestras et dies festos vestros odit anima mea. Sabbata*, inquit, '*vestra*', non 'mea'; non sunt enim mea, quae geritis. Meum ieiunium et

67 *Ioh. 5, 15 71 sq. Matth. 1, 21 77 sq. *Ex. 20, 9 sq. 78 sq. *Ex. 12, 16 84 sq. *cf.* Ex. 16, 23. 29 90—92 *Esai. 1, 13 sq.

67 inquit *def. in Ωab* 68 sciebat *om. BΩ* 74 praescriba *Bm1* per praescriptam legem *ab* praeposita lege *F* 81 ad divina *CG* 82 costatus *A* status *C* statutus *BDH* constitutus *ab* 85 optentu *A* 87 inegotiis *A* 89 contulerat *A*

mea sabbata, quae ego servanda praecepi, ieiunare iubent a
95 vitiis, cessare ab operibus malis, bonis actibus inhaerere.
At e contrario vestra sabbata vestraque ieiunia et litibus in-
quieta sunt et illecebrosa luxuriis. Ipse ergo legis dator in 12
hominem veniens, cum operaretur pro omni anima opera
salutis — in sabbato exemplis docebat, quod provida
100 ratione praeceperat — nec destruebat legem, sed potius
adimplebat.

Scriptum est: *Non facies ullum opus tuum in sabbato.* 13
'*Tuum*', inquit, opus, id est humanum, et adicitur: *nisi quod fit pro omni anima* sive *omni animae*, id est ad salvandam
105 animam. Ideoque legimus priores iustos in lege pro salute
animarum sabbatis operatos. Septem diebus Hiesus filius
Nave iubente domino circuit civitatem Hiericho cum sacer-
dotibus et Levitis arcam portantibus testamenti et cadunt
hostiles muri nutu divino, ut animae Iudaeorum de belli
110 discrimine liberentur. In septem vero diebus etiam sabbatum
numerari, a quolibet die computare incipias, deprehendes.
Itaque cum dicitur: *Iesus est, qui fecit me sanum*, admonen- 14
tur Iudaei ex nominis communione opera non condemnare
similia. Ideoque Christus dominus, cum aut aridam manum
115 aut hydropem aut paralysin curaret in sabbatis, tamquam
vere dominus sabbati rem suam legis suae testimoniis tueba-
tur dicens ad Iudaeos: *Licet sabbatis benefacere an male, animam salvam facere an perdere?* in hunc sensum legis, ut
arbitror, quem supra exposuimus, eos introducere volens
120 simulque exprobrans, quod non intellegerent, quid esset

102—104 *Ex. 20, 10; 12, 16 106—109 *cf.* Ios. 6, 1 sqq. 112 *Ioh. 5, 15 114 sq. *cf.* Luc. 6, 6; 14, 1 sqq. Ioh. 5, 5 sqq. 117 sq. Luc. 6, 9

---

95 actionibus *ab* 97 illecebris et luxuriis plena *ab* 98 homine *Bm2* (m *eras.*), *ab* omnis* (a *eras.*) *A* 101 adimplebat legem *ab* 102 est enim *ab* 104 sive omni animae *om.* Ω 106 Iesus *B* 107 circuivit Ierichon *ab* 109 nutu] motu *a* 111 deprehendas *Am1* (e *in ras.*) 113 communionis *Bm1* non Ω *om. AB* 115 idropem *A* *ydropē *B* ydropem Σ 117 an male] amale *A* 118 ut] aut *Am1* (a *eras.*)

15 '*opus tuum*' et '*nisi quod fit pro omni anima*'. Operatur ergo pro salute animae Christus in sabbato, operatur in sabbato et implet legem, dum condicionem interpretatur legis, dum operum differentias illuminat, dum facit, quae lex de sabbati feriis excepit, dum ipsum sabbati diem benedictione sua sanctificatum benefactis suis efficit sanctiorem. Nam divina in eo praesidia omni animae credenti largitus opera debita sabbato reddidit.

16 Ut autem ostenderet Iudaeis eundem se semper operatum fuisse cum patre, qui tunc etiam operaretur in carne, ait illis: *Pater meus usque modo operatur et ego operor. Et propterea*, inquit, *magis persequebantur eum Iudaei, quia non solum solvebat sabbatum, sed quia et patrem suum dicebat deum, aequalem se faciens deo. — 'Patrem suum dicebat deum, aequalem se'*, inquit, *'faciens deo'*; evidenter docuit beatus evangelista aequalem deo patri esse eum, qui verus filius eius sit proprietate naturae.

17 Licet ergo veterum documenta praecesserint, nihil tamen huiusmodi adsertionis dominus gestivit opponere, ne, quoniam rara sunt et antiqua vel incerta apud quosdam, vel fortuita crederentur; sed cotidianis et usitatis exemplis eos repercutere magis voluit, unde se iustissime vel refutatos vel etiam confutatos negare omnino non possent. *Unum opus feci*, inquit, *et omnes miramini.* Quod illud

18 opus? quia paralyticum curavi in sabbato. Et adiecit: *Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem, non quia ex Moyse est*, inquit, *circumcisio, sed ex patribus*, id est ex Abraham, qui primus circumcisus est, et ex ceteris pa-

---

121 *Ex. 12, 16 131—136 *Ioh. 5, 17 sq. 144 Ioh. 7, 21 145 *cf.* Ioh. 5, 5 sqq. 146 sq. Ioh. 7, 22 148 *cf.* Gen. 17, 24

---

121 omnia *A* anima sua *Bm1* 122 et operatur *ab* 125 excepit] exhibet *a* 126 benefactis *ΣH* benedictis *A*, *Bm1* (benedictionibus *Bm2*) beneficiis *ab* 135 se inquit faciens *B*, *sed expunct.* 135 sq. 'Patrem ... deo' *om.* Ω, *del. Bm2* 139 adsertioni *Bm2* (s *eras.*) 143 refutato *A*

triarchis. *Et in sabbato*, inquit, *circumciditis hominem. Si circumcisionem*, inquit, *accipit homo die sabbati, ut non solvatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate*, tamquam si diceret: Praecepit lex hoc solum, quod pro anima est, opus faciendum in sabbato. Et de circumcisione eadem lege praecipitur, quod quicumque non circumciderit octava die nativitatis omnem masculum, disperiet anima illa de populo suo. Ergo pro 19
anima est, quod sabbatis circumciditis hominem; pro anima est itidem, quod et ego hominem totum sanavi in sabbato; licet ergo pro anima opus fieri bonum in sabbato. Quod si me in isto opere violasse sabbatum iudicatis, vosmet ipsos indesinenter violati sabbati reos esse decernitis. *Nolite* 20
iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Tam rationabili patientia vincit inimicos dominus noster Iesus, qui utique in hunc mundum, ut patiendo vinceret, a patre descenderat.

Sed consideremus breviter postremi huius dicti 21
virtutem. *Nolite*, ait, *iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Generalis, ut opinor, ista sententia est, retinendae aequitatis magistra, omnibus posita, multis nota, paucis dilecta. Praecipitur enim, ne huius saeculi divitum personis adulantes iniquissimo iudicio faveamus incredulis et impios, crudeles, rapaces, luxuriosos, inhonestos non solum timido silentio nutriamus, verum etiam omni reprehensione dignos iniustis laudibus praedicemus vel, quod est omni foeditate deformius, turpia lucra captantes alienae pecuniae notabiliter serviamus, Christianae

149—153 *Ioh. 7, 22—24 153—155 *cf.* Ex. 20, 10; 12, 16 155—157 *cf.* Gen. 17, 14 162sq. Ioh. 7, 24 168sq. Ioh. 7, 24

149 hominem || *A* 151 salvatur *A* 152 in *om. A* (*at cf. v. 154, 159*) 156 octavo *BD* omnem *ABD* omne *GHab* 157 disperiet *codd.* eradicabitur *ab* 166 descenderet *B* 168 virtutum *A* 171 delecta *Am1*

libertatis obliti, neu carnalis cuiusquam formae pulchritudine inlecti a rigore veritatis rectaeque sententiae sinistro iudicio molliamur, cum de contemnendis opibus scriptum sit:
22 *Divitiae si fluant, nolite cor apponere*, et de neglegendo carnis decore deus ad Samuelum sacerdotem loquatur electurus regem de filiis Iesse: *Ne admiratus fueris*, inquit, *proceritatem staturae vel pulchritudinem vultus eorum, quoniam homo videt in facie⟨m⟩, deus autem videt in cor.* Et idcirco beatus David minimus atque contemptus oleo sanctificato sublimatur in regnum et se ex humilitate per dei gratiam ad summum crevisse fastigium dignitatis peculiari carmine gloriatur dicens: *Pusillus eram inter*
23 *[frater] fratres meos*, et cetera. Utiliter ergo per omnia Christus ait: *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Et quis nostrum, carissimi, ad singula, quae praedixi, servanda idoneus invenitur? *Beati, qui custodiunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tem-*
24 *pore.* Igitur cum generalis, ut praelocutus sum, sit ista sententia, specialiter tamen dirigitur ad Iudaeos, qui Christum mirabilia facientem hominem solummodo ex facie iudicabant, deum vero in virtutibus non videntes. Hereticos etiam dei filium blasphemantes non mediocriter sententia ista contundit, qui ad humilitatem susceptae carnis intuiti immensae divinitatis conentur metiri substantiam.
25 Nos autem, fratres, gratia eius salvati per fidem, iustum iudicium iudicemus, aequitatem servantes in omni

---

181 *Ps. 61, 11 183—185 *I Reg. 16, 7 186sq. *cf.* I Reg. 16, 13 189sq. Initium Psalmi David. in Goliad (*qui exstat in fine Psalm. in LXX*) 191sq. Ioh. 7, 24 193—195 Ps. 105, 3 202 *cf.* Eph. 2, 8

---

179 Inlecta (*in ras.*) |||||a *A* 181 affluant *Bm2* Ω 182 Samuhelem *B* 183 electurum *ab* 185 facie *codd.* faciem *ab* corde *Bm2* (de *s. s.*) 189sq. inter frater fratres *A* 193 Beati enim *B* (*sed* enim *expunct.*) 197sq. faciae iudicabunt *A* 198 vero *om. A* 200 qui ad *A* quod ad *B* ad *om.* Ω humilitate* *B* intuitu *Bm1* 201 mentiri *Am1* (n *eras.*) *Bm1* 203 iudicemus] iudemus *A*

actu conversationis nostrae. Est enim rationabilis animae iustum iudicium, ut elegat deo magis servire quam saeculo, ut statuat mandatis Christi obsequi, non diaboli consiliis depravari, ut spiritalibus inhaerere discernat studiis, non carnalibus vitiis implicari, et ut aeternam beatitudinem futurorum brevissimis mundi voluptatibus iudicet praeponendam. Recti itaque cordis aequo iudicio gradiamur in omnibus praeceptis et iustificationibus domini, ut possimus vitae aeternae consortium promereri ab ipso dei filio sempiterno, cuius omnipotentia cum patre et cum spiritu sancto permanet in omnia saecula. Amen.

TRACTATVS DVODECIMVS

DE EO QVOD AIT DOMINVS IESVS: *NVNC IVDICIVM EST HVIVS MVNDI.*

Post illam dei patris vocem, quae glorificatum filium rursus glorificandum dixerat, ubi salvator locutus est ad circumstantes turbas, quod proxime disseruimus, huius testimonium vocis non sui causa honoris, sed nostrae fidei instruendae gratia fuisse delatum, quid statim subsequens idem dominus adiecerit, textus huius, quae modo decursa est, indicat evangelicae lectionis. *Nunc*, inquit, *iudicium est huius mundi.*

XII 3 *Ioh. 12, 31 4—6 *cf.* Ioh. 12, 28 sqq. 6 quod proxime disseruimus: *qui tract. Gaud. intercidit* (*cf. VIII 207 sqq.*) 10 sq. *Ioh. 12, 31

XI 207 descernat *A* discernat *B* decernat Ω 213 omnis potentia *AB*

214 *Subscribunt*: FINIT DE PARALYTICO *AB*, Σ (paralitico) *G* Explicit de paral. *H*

XII 1 *Praescribunt*: INCPT DE EO QVOD AIT DOMINVS IESVS: NVNC IVDICIVM EST HVIVS (huius *om.* Ω) MVNDI *codd.*

4 quae] qua *Bab*

2 Considerandum puto, fratres carissimi, cuiusmodi dixerit tunc imminere iudicium. Si de futuro iudicio, quo per ignem iudicabitur hic mundus, sentiri voluisset, non dixerat: 'nunc est', sed dixerat: 'nunc erit', verum quia de praesenti loquebatur iudicio, intueri convenit, quod fuerit
3 illud praesens mundi iudicium. Numquid in primo adventu suo Christus mundum iudicasse existimabitur, quem potius salvasse cognoscitur, sicut ipse testatus est dicens: *Non enim misit deus filium suum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.* Et in Evangelio beati Lucae legitur, cum quidam vicus Samariae noluisset suscipere salvatorem, indigne ferentes apostoli Iacobus et Iohannes dixerunt ad eum: *Domine, vis dicimus ut ignis descendat de caelo super eos et consumat eos, sicut Helias fecit?* At ille indignatus prohibuit. O ira misericors!

4 Quid ergo est, quod ait: *Nunc iudicium est huius mundi?* Iudicium, fratres, duplici ratione potest intellegi. Nam et decernentis sententia iudicium dicitur et supplicium patientis dicitur poenae iudicium; alterum agentis est, alterum patientis. Iudex facit iudicium, iudicium patitur reus, et est utriusque iudicium. Mundum vero cum dicit scriptura aut facere aut pati iudicium, non elementorum irrationabilium naturas indicat, sed adcolas mundi significat, sicuti domus Israhel dicitur, et non parietes vel tecta, sed homines Israhelitae monstrantur.

5 Ergo dominator omnium Christus post inusitatum

19—21 *Ioh. 3, 17 24sq. *Luc. 9, 54 27sq. *Ioh. 12, 31 35 *cf.* Ex. 16, 31 al. 37sq. *cf.* Matth. 1, 18sqq.

---

12 Considerandum puto] *hinc incipit cod. Vigornianus F 94 (= M), in quo praeponitur*: Scm̄ iōhēm In illo tempore dixit dn̄s Iesus turbis: Nc̄ iudicium est mundi; nc̄ princeps huius mundi eiciet' foras. Et rel. Omeł Gaudentii epi de eadem lect. 13 dixerit dn̄s *M* 14 sentiri] sentire *A* 15 sed dixerat: 'tunc erit' Ω 24 dicamus *ab* 25 at] ad *A* 26 prohibuit eos *F* 27 Quid est ergo *BM* huius *om. M* 30 poenae *BM* poena *AΩab* 31sq. facit iudicium, reus subit id est patitur iudicium. Mundum vero *a*

sacrae virginis partum, post adorata munifico magorum cultu cunabula, post multiplicem doctrinam caelestis eloquii, post variarum curationum medellas imperio verbi potentis effectas, post istud praesens testimonium patris, cum esset iam proximus passioni, sic ait: *Nunc iudicium est huius mundi*, tamquam si diceret: Nunc, nunc est huius mundi iudicium, utrum credere eligat post passionem voluntariam virtute propria resurgenti, ut ex fide salvetur, an cum Iudaeis negandum iudicet eum iudicem, qui negaturus erit proprios negatores dicens ad illos: *Nescio vos, discedite a me in ignem aeternum, operarii iniquitatis.* Sive magis — et ita sentiendum auctoritate cohaerentis eloquii utilius approbamus — *Nunc iudicium est huius mundi*, id est appropinquavit hora, ut mundi creatorem ac iudicem mundus iudicet iudicandus. Similiter namque in 6
Evangelio beati Lucae loquitur ad pontifices et presbyteros et strategos templi, qui ad eum comprehendendum venerant: *Quasi ad latronem existis cum gladiis et fustibus, cum cotidie vobiscum fuerim in templo et non extendistis manus super me; sed haec est*, inquit, *vestra hora et potestas tenebrarum.* Potestas tenebrarum potestas quippe huius mundi est vel hominum mundanorum, qui in tenebris perfidiae constituti lumen nolunt aspicere veritatis, et quia deus hominibus agendi quodcumque velint liberum permisit arbitrium, exercent in Christum dei sacrilegam potestatem. Unde Pilato dicenti: *Potestatem habeo crucifigendi te et potestatem habeo dimittendi te* dominus ita respondit: *Non haberes potestatem, nisi data tibi esset desuper.*

---

38 sq. *cf.* Matth. 2, 1 sqq. 41 *cf.* Ioh. 12, 28 42 sq. *Ioh. 12, 31 47 sq. *Luc. 13, 27; *cf.* Matth. 25, 41 50 sq. *Ioh. 12, 31 55—58 *Luc. 22, 52 sq. 63—65 *Ioh. 19, 10 sq.

---

39 multeplicem *A* 42 iam iam Σ etiam *B* (et *eras.*) 43 sq. iudicium huius mundi *B* 48 discite *A* 49 coherentes *Bm1* 51 ora *A* 54 strategos magistratus *ab* 56 extendentes *A*, *Bm1*, *DM* extenderitis *C* 62 in *Bm2*

7 Denique ut ostenderet dominus istud, quod dixerat: mundi iudicium passionem suam esse, ita copulavit dicens: *Nunc iudicium est huius mundi, nunc huius mundi princeps mittetur deorsum,* sive *expelletur foras,* ut in Graecis exemplaribus legimus. Erat enim passio Christi expugnatio futura diaboli. Unde sanctus propheta David ad eius personam loquitur: *Ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas, cum iudicaris.* Licet hic versus et alio sensu possit intellegi, huic tamen satis congruit; nam dominus Iesus in passione sua iudicatur et vincit, moritur et triumphat.

8 Diabolus autem cur princeps huius mundi dicatur, advertite. Diabolus huius mundi princeps usurpatione dicitur, non natura. Etenim seducens humanum genus, ut derelicto deo ipsum satanan per simulacra colerent manu facta, principatum violenter tenuit, exercuit tyrannidem in tantum, ut advenientem verum principem suum non recognosceret mundus, ipsius quippe diaboli praestigiis
9 obcaecatus. Nam *in hoc mundo erat* Christus, ut evangelista testatur, *et mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognovit. In propria venit et sui eum non receperunt.* Passus est ergo dominus se huius mundi iudicio iudicari ad hunc hostem generis humani praecipitandum sive expellendum; praecipitandum, inquam, sive expellendum, quia utrumque unum esse dinoscitur, et qua ratione unum,
10 percipite. Non in planis atque humilibus habitabat diabolus, unde pulsus ad alium locum credatur absque casu suo transire potuisse, sed cum de sublimitate caelesti expellitur, utique deorsum praecipitatur. Significanter plane in Graeco positum est: ἐκβληθήσεται ἔξω, id est *eicietur* sive *expelletur*

68sq. *Ioh. 12, 31 72sq. Ps. 50, 6 83—85 Ioh. 1, 10sq. 94sq. Ioh. 12, 31

---

69 expellitur *A* 70 leguntur *M* 71 diabolo *M* 80 tenuit et *ab* 84 factus] pactus *Am1* 86 se* *A* 87 ostem *A* 87sq. praecip. sive expell. *om.* Ω 88sq. quia — esse *Bm2 in mg. adscr.* 92 de *Bm2 s.* 94 est ||||| ecblethesetae exo *A, B* (ecle .....) *ΣM*

foras, ut etiam de animis credentium iam caelestibus tamquam de caelis nosceretur esse pellendus, scilicet ut expulso eo Christus dominus regnaret in nobis.

Quapropter adiecit: *Et ego, si exaltatus fuero a terra,* 11
omnia traham ad me ipsum. Exaltandum se a terra indubitanter crucis patibulo indicabat, sicut interloquentis evangelistae sermo declarat: *Hoc autem dicebat significans, qua morte esset moriturus. — E[r]go cum exaltatus fuero a terra*, inquit, *omnia traham ad me ipsum,* videlicet quod elevatus in crucem omne saeculum ad suam fidem vocaturus esset. Sed quod ait: '*omnia*' *traham ad me ipsum*, et non 'omnes', illud significari existimo, quod omnia creaturarum genera, quae idolis vel immolabantur vel dedicabantur, Christus ad suam benedictionem revocanda promiserit suoque nomini consecranda. Necesse est enim iuxta sen- 12
tentiam Pauli apostoli, ut ipsi confiteatur omnis lingua et subditus fiat omnis mundus deo; deo nempe huic, *qui ascendit super caelum caelorum ad orientem*, ut psalmista ait, huic deo, qui *ascendens in altum captivam duxit captivitatem.*

Cavèndum plane nobis [est], fratres carissimi, ne 13
victoriam Christi, qua diabolum triumphavit, de captivitate eius nos redimens suo sanguine pretioso et auferens ei humani generis principatum, nostro vitio inritam faciamus, illius nos tyranni per illecebras carnis crudeli iterum regno subicientes in contumeliam redemptoris, unde merito conqueratur increpans et exprobrans: *Quae utilitas in sanguine meo?* Sine causa meus pro vobis sanguis effusus est, si ita ⟨vos⟩ geritis itaque versamini, ut auctor cupiditatum

98 sq. Ioh. 12, 32 101 sq. Ioh. 12, 33 102 sq. Ioh. 12, 32 105 Ioh. 12, 32 110 sq. *cf.* Phil. 2, 11 111 sq. *Ps. 67, 34 113 sq. Eph. 4, 8 (*cf.* Ps. 67, 19) 121 sq. Ps. 29, 10

102 Ergo *ABCGM* ego *DHab* 106 existime *A* 111 hu*ic *A* 115 est *BΣHM*, *om. Aab* 119 tyrannidi *ab* 120 subicientes Ω subiacentes *ABM* 123 vos *om. A, B (m2 s. l.) CM* versamini] conversemini *ab*

malarum diabolus iterum principetur in vobis, spolia se tanti detraxisse victoris praedo superbus insultans. Nam *dixit inimicus: Persequens comprehendam, partibor spolia, replebo animam meam, interficiam gladio meo, dominabitur*
14 *manus mea.* Hac de causa nos adhortatur beatissimus Paulus apostolus dicens: *Non ergo regnet peccatum in carne vestra mortali neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos deo tamquam ex mortuis viventes.* Et alibi iterum: *Idcirco enim Christus et vixit et mortuus est et resurrexit, ut et vivorum et mortuorum dominetur*, utique *ut, qui vivunt, iam non sibi vivant, sed illi, qui pro eis mortuus est et resurrexit.*
15 Talibus ergo, fratres, instrumentis edocti omnem vitam vestram Christi servitio mancipemus, cuius regnum cum patre et cum spiritu sancto permanet in omnia saecula.

TRACTATVS TERTIVS DECIMVS 1

DIE NATALIS DOMINI.

CONTRA AVARITIAM IVDAE ET PRO PAVPERIBVS.

1 Per omnes divini eloquii libros filius dei non solum deus, sed et homo ac filius hominis praedicatur; in Veteri quidem Testamento praenuntiatur atque promittitur, in

126—128 *Ex. 15, 9 129—132 *Rom. 6, 12 sq. 132—134 *Rom. 14, 9 134 sq. *II Cor. 5, 15

126 conpraehendā* *A* partibospolia *A* 128 Hac] haec *A*, *Bm1* adortatur *B* hortatur *DH* 135 sed et resurrexit *ab* 139 Amen *HM om. ABΣ — Finis textus Gaudentiani in cod. M. Subscriptio in omnibus codd. deest.*

XIII 1 sqq. *Praescribunt codd.*: ITEM DIE NATALIS DN̄I CONTRA AVARITIAM IVDAE ET PRO PAVPERIBVS *A et cet. codd.* (de natali .. *Gab*). *Cf. Capitula.*

Novo autem demonstratur et creditur; quoniam vetus lex, ut ait apostolus, umbra erat futurorum bonorum, illorum quippe bonorum, quae compleri noscuntur in Christo, qui bono humani generis hodie per beatissimam virginem natus redintegravit imaginem venenato serpentis morsu concisam, ut cuius opifex a mundi principio fuerat, esset in consummatione saeculi reparator.

Quis hanc pietatem digne mirari sufficiat? Quis tantae 2 bonitatis idoneus praedicator exsistat, immensum et inaestimabilem deum ob nostram vitam fieri voluisse, quod homo est, et universarum virtutum caelestium conditorem ad huius terrenae carnis humilia descendisse? Sic tamen homo 3 pro nobis factus est, ut non desineret esse, quod deus est. Nam licet verbum caro factum sit, ut evangelista testatur, tamen quia permanet esse, quod ante hominem fuerat, additur statim: *et habitavit in nobis*; quo dicto et habitator ostenditur et habitaculum pariter demonstratur. Sic ergo coepit esse, quod prius non erat, ut non desisteret esse, quod erat. Hanc omnipotentiam filii dei et hominis 4 etiam mater virgo testatur, quae de spiritu sancto concipiens ita deum et hominem, quem pudico utero gestaverat, edidit, ut apud incorruptam tanti nominis matrem post divinum partum gloriosior integritas permaneret. Divinum recte diximus partum, quia deus est iste, qui per virginem natus in carne est dicente Gabrielo archangelo ad eandem: *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei.* Ex quo enim carnem nostrae fragilitatis adsumpsit, idem 5

7sq. *cf.* Hebr. 10, 1 20 *cf.* Ioh. 1, 14 22 Ioh. 1, 14 25sq. *cf.* Luc. 1, 35 32 Luc. 1, 35

8sq. illorum quippe bonorum *def. in* Ω 9sq. qui bono] quibus homo *ab* (*quam lectionem tuetur Galeardus*) 12sq. consummationē *B, G* (-em) 15 existat, quis protestari sufficiat immensam *ab* et Ω *om. AB* 15sq. inaestibilem *A* 17 et *om. A* (*ras. in B*) 20 evangls *B* 23 *post* habitaculum *incipit lacuna in* Ω; *nam legitur*: habitaculum servet illud; Pauperes enim (= *§ 8, v. 61*) 28 matrem|| *B* 31 Gabriele *B*Ω

filius est hominis, qui et dei, quia non alius ex Maria natus est, quam qui per maternas inlapsus aures uterum virginis opplevit, sancto videlicet spiritu ipse formans hominem suum, siquidem *sapientia aedificavit sibi domum*, habitaculum quippe corporis nostri iam suum, quo habitaculo indutus sine ullo damno maternae integritatis egreditur. Nam beatissima Maria incorruptibil[itat]em pariens et mater et virgo est.

6 Haec ad demonstrandum incarnationis filii dei mysterium breviter dixerim; nunc ad partem venio illius lectionis evangelicae explanandam, quae iamdudum fuerat aliis in-
7 cumbentibus praetermissa. Nam disseruimus, ut meministis, omnem textum lectionis eius, quae cenantem describit in Bethania dominum, explanantes discubitum Lazari, rationem loci ac temporis, Marthae ministerium, sororis eius obsequium, unguenti virtutem rationemque crinium, quibus Maria pretioso myro unctos Christi tersit pedes, et quemadmodum Iudas pio debitoque adversatus obsequio, dum patronus pauperum vult videri, furti reus arguitur; sed illud omisimus vel potius reserva*vi*mus, quid
8 inter haec locutus fuerit dominus Iesus. *Sine*, inquit, *eam*, sive *sinite*; utrumque enim et in Graecis et in Latinis exemplariis invenitur; sed magis congruere videtur sensui, cum legitur: *sinite* propter illa, quae pluraliter subsequuntur: *pauperes enim semper habetis vobiscum*. Quaerendum est ergo, dilectissimi, quamobrem ad Iudae solius verba

---

37 Prov. 9, 1 45—53 Nam disseruimus — arguitur: *significatur Tract. nobis ignotus* 46 *cf.* Ioh. 12, 1—8 54 sq. Ioh. 12, 7 (*cf.* Marc. 14, 6) 58 Ioh. 12, 8

---

38 nostri corporis *B* quo] quod *A* 39 indutus est *ab* egriditur *A* 40 incorruptibilitatem *A*, *Bm1* incorruptibiliter *Bm2* incorruptibilem *ab* 44 explanandum *A*, *Bm1* 47 Bethaniam *A* 49 ungenti *AB* (*at cf. infra v. 82. 104*) 50 myro *Bm1* (myrro *m2*) miro *A* myrrho *a* 53 reservabimus *A*, *Bm1* 54 eam *in ras. A* 56 exemplaribus *ab* 57 sinite et cetera *ab* 58—61 pauperes — servet illud *m2 in marg. adscr. B*

pluraliter responderit dominus: *Sinite eam, ut in diem sepulturae meae servet illud; pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper.*

Admirabilis vere ac nimium providens Christi patientia! In commune omnibus discipulis loquitur, ut adversantis Iudae contumeliam temperet, neque acriter ut in fraudatorem invehitur, sed dissimulato eius crimine, quem et evangelista furem noverat, leni monitu universos pariter instruit, docens illud interim, quod Maria fecerat, necessario erga se celebratum fuisse sepulturae mysterio. Ceterum pauperibus largiendi omni tempore, si qui vellent, esse posse copiam, quia semper nobiscum sint, sibi vero in carne iam non diu a quoquam ministrandum, quia post imminentem passionem resurgens continuo susceptum corpus ducturus esset ad caelum. Idcirco autem supra dicta lenitate ac promiscuo monitu Iudae sermones Christus evacuat, ne aut ipsi Iudae occasionem excusandi furoris tribueret aut alicui apostolorum quicquam scrupuli daret piam fortasse suspicanti Iudae suggestionem, vel certe ne cuiquam postea lecturo aliquod offendiculum reservaret. Iudas enim, licet studio fraudis et odio salvatoris, sub praetextu tamen pietatis, illa ipsa fallaciae verba deprompserat: *Quare hoc unguentum venundatum non est*, inquit, *denariis trecentis et datum est pauperibus?* Inreligiosus nimium et satis importunus dispositor avari fraudatoris affectum, crimen videlicet proprium, sub specie religionis dum tegere conatur, expressit. Inreligiosus plane atque importunus, quia quod ad honorem Christi factum fuerat, non modo superfluum computavit, verum etiam sermone improbissimo

60—62 *Ioh. 12, 7 sq. 66 sq. *cf.* Ioh. 12, 6 82 sq. *Ioh. 12, 5

60 diem] diae *A* 61 servet illud] *ab his iterum incip. Ω post lac.* 63 Admirabilis || *A* 64 sq. ab adversantis I. contumelia *Ω* (contumeliam *C*) *b* adversanti *Bm1* 72 sq. inmininentem *A* 75 minitu *A* 77 scrupulum *Bm1* 81 depromserat *B* 82 unceuentum *A* 83 pauperibus] operibus *A*

reprehendit; fraudator etiam, quia loculum tenens exportabat ea, quae mittebantur ad usus indigentium, sicut evangelista conqueritur; avarus quoque, quoniam non satiabatur stipendia pauperum cotidie subtrahendo, sed et sepulturae Christi pretium in propria ardebat lucra convertere; ⟨convertit autem non in⟩ momentanea suae cupiditatis
13 lucra, sed salutis detrimenta perpetua. Siquidem non multo post universa, quae vel impius fur collegerat ex fraudibus perpetratis vel quae sacrilegus Christi traditor pro mercede iniquitatis acceperat, cum vita pariter amisit. Nam praedictorum facinorum conscientia strangulatus mortem debitam laqueo sibimet intulit praeparato, confestim rapiendus ad inferna supplicia.

14 Quod autem m*y*rum illud ad obsequium profecerit dominicae sepulturae, idem salvator in Evangelio Mathei apertius declaravit: *Mittens*, inquit, *haec unguentum hoc*
15 *in corpus meum ad sepeliendum me fecit.* Quamvis ergo dominus Iesus conscientiae iudex esset, noluit tamen Iudam de occultis eius acrius increpare, ne, quoniam veri simili ratione videbatur locutus, putaretur forsitan iniuste correptus atque hinc iracundiae iustam concepisse causam, ut inimicis necandum traderet, quem sine ullo peccamine habuisset infensum. Nihil acer*b*um Christus voluit pro merito sceleratae mentis illius loqui, ne Iudas eum tradere videretur iratus.

16 Vult enim dominus vere iustus iudex, ut meriti proprii sibi causa sit quisque; vult et iustum pro sola iustitia pati,

89 sq. *cf.* Ioh. 12, 6 95—101 *cf.* Matth. 26, 14—16; 27, 3—5 104 sq. Matth. 26, 12

90 mittabantur *A* 92 cottidie *B* 93—95 convertere — lucra *def. in* Ω 94 ⟨convertit — in⟩ *ab om. AB* 96 collegat *Bm1* (er *m2 s. l.*) 97 perperpetratis *A* 99 strangilatus *AB* 100 loqueo *A* 101 inferni *FG* 102 myrum *scripsi* (*cf. supra 50*) mirum *codd.* (myrrum *Bm2*) unguentum *ab* 104 inquit *B s. l.* 109 iracundia eius tam *A*, *Bm1* irac. eius tantam *Bm2 a* concoepisse *AB* 111 Nihil ergo *b* aceruum *A*, *Bm1*, *ΣH*

vult et iniquum, si in malitia perduraverit, reum mortis proprio arbitrio iudicari. Figuravit enim deus hominem, ut scriptura testatur, et ad imaginem similitudinis suae fecit illum et dimisit eum in manu consilii sui. *Posuit ante eum* 17
ignem et aquam dicens: *Ad quod volueris, extende manum tuam. Posuit,* inquit, ante hominem deus *aquam et ignem,* id est refrigerium et poenam, remissionem et supplicium, vitam et mortem. Quis, oro, non fugiat supplicium, poenam et mortem et elegat refrigerium, remissionem ac vitam? Sed ille fugit mortem, qui per itinera graditur vitalium mandatorum, ille donum percipit vitae, qui per laborem spiritalium studiorum mortales actus evitat. Ideo- 18
que dictum est: *Ecce, aqua et ignis; ad quod volueris, extende manum tuam,* hoc est opus tuum. In manu quippe opera demonstrantur, quia nec tormentis subici sine crimine possumus nec praemium sine certamine promereri dicente apostolo: *Numquid iniustus deus, qui infert iram?* et iterum: *Quoniam non coronatur quis in agone contendens, nisi legitime certaverit.*

Certamen nostrum contra vitia carnis est, contra 19
cupiditatem pecuniae, contra animi iracundiam; quae sunt arma diaboli, quibus resistendum est utique galea fidei, lorica continentiae, misericordiae clypeo, in quo possimus, ut ait apostolus, *omnia iacula nequissimi candentia exstinguere.* Etenim *sicut aqua exstinguit ignem, ita elemosina* 20
resistit peccato, id est sicut aqua baptismi salutaris exstinguit flammam gehennae per gratiam, ita elemosinarum fluvio omnis ille coacervatus post acceptam fidem peccatorum ignis exstinguitur, si tamen post conversionem non iterum

---

117—119 *cf.* Gen. 1, 26 sq. 119—121 *Eccli. 15, 17 123 *cf.* Eccli. 15, 18 128 sq. *Eccli. 15, 17 132 *Rom. 3, 5 133 sq. *II Tim. 2, 5 137—140 *cf.* Eph. 6, 14—17 139 sq. *Eph. 6, 16 140 sq. *Eccli. 3, 33

---

120 sq. ignem — deus *om.* Ω 120 ad id *B* (*at cf. 128*) 125 fugit mortem *in ras. A* 127 actos *Bm1* 129 tuam *A* 130 demonstratur, n *s.* a *Am2* 139 cadentia *Bm1* (calentia *m2*)

renovatis criminibus inardescat. Is enim, qui elemosinis remedium peccatorum paenitens quaerit, debet iam non agere paenitenda, ne, quod uno latere exstinguitur, alio
21 succendatur. Fluvium diximus elemosinarum, ut largitatem donandi sentires; sed rarus quisque est, qui vel rorem spargat elemosinae suo refrigerio profuturum. Egreditur de ecclesia Christianus — si tamen Christianus — et surdis auribus precantem pauperem praeterit. Ita nos deus exaudiet obsecrantes, ita inter pericula imminentium barbarorum auxilio protegi divino merebimur. Scriptum est bonum esse ieiunium cum elemosina. Utrumque fieri oportebat ad indignationem domini mitigandam.

22 Sed ieiunare forsitan non potes, et non potes, quia non vis; vel certe esurientibus alimenta largire. Qui tribus horis praeter solitum ieiunus esse non pateris, intellegis profecto, quid patiatur ille, qui per inopiam ieiunat invitus, quem ieiunare tua crudelitas facit, qui largis dapibus saginatus nec exiguo cibo famem solari cogitas indigentis. Sterilitatem causaris, necessitates praetendis, temporis angustias quereris; turpius illo indigente mendicas, quin potius deo ingratus exsistis, dum falso quereris. Sed esto, sterilitas fuerit; hanc tu solus sentis, quaeso, pauper ille non
23 sentit? Quid, quod argentum novum cottidie moliris, domos marmoribus exstruis, vestes sericas comparas, monilia auro gemmisque pretiosa mercaris? Pudet dicere, paenitet recordari, quantus numerus rusticorum de possessionibus praedicta pompa viventium vel fame sit mortuus vel elemosina ecclesiae sustentatus. Pro dirum nefas! Mortui sunt homines, in quibus omnis census est possidentis; ita nec prae-

154 sq. *cf.* Tob. 12, 8 162 famem solari: *cf.* Verg. Georg. I 159

145 renovatis] revocatis *A* Is] his *A* 153 sq. barbororum *A* 157 et ideo *Bm2* 158 elimenta *A*, *Bm1* 160 quit *A* 161 crudelitus *A* 163 sterelitatem *B* 167 quid quod] quotquot *Σ* lucrari moliris *ab* 168 marmoribus: moribus *in ras. A* siricas *A* syricas *BΣ* sericas *ab* (*cf. § 33, v. 250*)

sentis temporis utilitatibus consulunt, dum nimia cupidi-
tate caecati sunt.

A nostris ergo incipientes, carissimi, benefaciamus 24
egenis ac miseris, victum, potum, vestitum indigentibus ministremus, quia operum talium iustus retributor est dominus, qui cum venerit in maiestate sua, regnum caelorum largietur in parte dextra pro merito constitutis nutritoribus inopum, at e contrario inhumanos atque impios aeternis decernet ignibus concremari, se ipsum dicens in pauperibus vel pietate fotum vel crudelitate neglectum. Tantus erga pauperes suos nostri salvatoris affectus est. Studeamus 25
ergo diligere et in pauperibus Christum, qui nos dilexit per omnia, qui tamquam bonus pastor animam suam posuit pro ovibus suis.

Sed si explanare coepero, quibus officiis dilectionem 26
tuam circa deum probes, nescio utrum me ipsum loquentem diligas, nescio utrum me libenter audias, nisi si forte ita religiosus es, ut, sicut laetabaris paulo ante in divinis beneficiis, sic etiam praeceptis eius parere desideres et amplectaris discere, quae sint exercenda erga deum dilectionis officia. Ipse dominus loquitur, qualis amor esse in 27
eum debeat uniuscuiusque credentis. *Qui habet praecepta mea*, inquit, *et servat ea, ille est, qui diligit me.* Profecto enim ille diligit deum, qui praecepta eius vel habet in corde vel custodit in opere. Nam qui perfunctoria confessione ore tantum refert divina mandata et ea nec mente retinet nec factis servat, nequaquam potest hic dicere: *Confitebor tibi, domine, in toto corde meo, in consilio*

---

177 sqq. *cf.* Matth. 25, 31 sqq. 186 sq. *cf.* Ioh. 10, 11 195 sq. *Ioh. 14, 21 201 sq. Ps. 110, 1

---

178 oper*um *B* 179 magestate *A* 181 adae contrario *A* ade contrario *B* at contrario *C* at e contra *D* 182 decernit *A*, *Bm1* 188 dilectionem Ω delectationem *AB* 190 si *om.* Ω 192 parare *A*, *Bm1* 193 dicere, s *s.* i *A* 196 profecto] perfecte *ab* 198 functoria *B* 198 sq. confessiō̄ *A* 199 mundata *A*

iustorum et congregatione, sed necesse est, ut cum synagoga populi contemptoris increpantem deum audiat per prophetam: *Populus hic labiis me diligit, cor vero eorum longe est a me.*

28 *Nolite errare, deus non irridetur.* An existimatis quod deum diligat tepidus ac neglegens Christianus, qui idola in possessionibus suis coli permittit, qui fanum daemonis et aram diaboli stare in contumeliam dei patitur, qui adulteria ac stupra exercere non desinit, qui aliena cotidie rapit, cotidie concupiscit, necare proximum quibuscumque modis gestiens, quo vel voluptatem vel cupiditatem
29 suam licentius impleat, licet explere non possit? Nam stupri adsiduitas luxuriam carnis non cohibet, sed accendit dicente propheta: *Omnes fornicantes velut ardens clibanus corda eorum.* Praed[ic]atoris quoque rapacitas non comprimit avaritiam, sed inritat; scriptum est enim: *Qui amat pecuniam, non satiabitur pecuniis.* Nec ille deum diligit, qui non miseretur pauperum, in quibus Christus se vel foveri contestatur vel neglegi. *Quando enim non fecistis,* inquit, *uni ex minimis his, nec mihi fecistis.* Et Iohannes apostolus in Epistula sua loquitur: *Qui viderit fratrem suum in necessitate constitutum et clauserit viscera sua ad eum, non est caritas dei in illo.* Mentitur ergo se amare Christum, qui eum in egeno non diligit, qui dilectionem,
30 quam promittit verbis, negat operibus. Studeat igitur unusquisque factis misericordiae approbare, quod deum diligat, ut dilectio dei mundet eum ab omni peccato. Vis autem nosse, quantum sublevent elemosinae onera peccatorum? Audi consilium, quod peccatori diviti ingerit propheta Danihel: *Nunc,* inquit, *rex, consilium meum placeat tibi:*

204 sq. *Matth. 15, 8; Marc. 7, 6; *cf.* Ésai. 29, 13 206 Gal. 6, 7 215 sq. *Os. 7, 4. 6 217 sq. *Eccle. 5, 9 220 sq. *Matth. 25, 45 222—224 (Epist.) I Ioh. *3, 17 228 *cf.* Eccli. 3, 33 231—233 *Dan. 4, 24

203 contemporis *Bm1* 209 aram] iram *A* 216 praedatoris] praedicatoris *A* 219 se Christus *B* 225 delectionem *A* 228 delectio** (ne *eras.*) *A*

iniquitates tuas elemosinis redime et peccata tua miserationibus pauperum.

Sed forte vel tibi vel filiis tuis servare aestimas, quod 31
pauperibus negas. Nolo sis tam periculose sollicitus, *nescis enim, quid pariat subsequens dies.* Deus noster potens est et illis dare sicut et tibi; quin immo quidquid largitus pauperibus fueris, et tibi et tuis liberis contulisti. Deesse nihil poterit eis, quibus Christum participem feceris. Novit retribuere, qui se in pauperibus testatur accipere. Securus dona; est enim repensor idoneus, qui caelorum regna promittit. Loquitur scriptura divina: *Conclude elemosinam in* 32
corde pauperis et ipsa pro te exorabit ad deum, hoc est dixisse: vende patrimonium et eme patrocinium, cuius interventu certus de impetrata venia venturum iudicem liber merearis aspicere; in evangelio autem: *Si vis perfectus esse,* ait, *vende omnia tua et da pauperibus et habebis thesaurum in caelo et veni, sequere me.*

Si omnia erogare praecipimur, advertamus, qui reatus 33
exspectet eos atque eas, quibus sericae et purpureae et auratae vestes in usu sunt, si nudos qualicumque indumento non texerint. Quaedam feminae onerant auro et margaritis vel sua vel filiarum membra et aridis manibus praetereunt inopum precantium turbas. Brutis quoque animalibus, equis ac mulis ex argento et auro sutilia ornamenta componunt et homini ad imaginem dei facto vilissima vel vestimenta vel alimenta non tribuunt. Et existimant se aliquam requiem in die iudicii invenire, nisi vel de cetero opera pietatis arripiant?

235sq. *Prov. 27, 1 242sq. *Eccli. 29, 15 246—248 *Matth. 19, 21

---

234 servare Ω servate *A*, *Bm1* ea aestimas *GH* 235 nescis] necis *A* 236 pariat *B*Ω pariet *A* 239 fecit *G* 249 praecipimur] praecimus *A* praecemur *Bm1* advertamus *in ras. A* 250 exspectat *Am1* siricae *Bm1* purpurae *Bm1* 252sq. margitis *Bm1* 255 subtilia *Bm2*, *Gab* inutilia *H* 258sq. de (*in fine paginae*) de cetero *A* 259 arripiunt *Bm1*

34 Obsecro vos, misericordes simus in pauperes, ut et ipsi iuxta domini eloquium misericordiam consequamur. Et divites et mediocres certatim debent elemosinas dare pro viribus: *Nihil enim intulimus in hunc mundum, sed nec auferre aliquid possumus. — Nudus exivi*, ait sanctus Iob, *de utero matris meae, nudus iterum revertar in terram.*
35 Hoc secum quisque portat ex facultatibus, quas accepit, quod in opus religionis impenderit, quod pro dilectione dei fecerit praeceptis eius obtemperans; dicetur enim in die iudicii: *Ecce homo et opera eius*; non dicetur: Ecce homo et 'potentia eius' et 'divitiae eius' et 'heredes eius'. Opera requirit, qui praecepta commisit; misericordiae repensor est, qui docuit pietatem, qui dilectionem sui in praeceptorum probari custodia praefinivit. Nam sibi praestitum reputat,
36 quidquid egeno praestiteris. Unde alibi legimus: *Qui miseretur pauperibus, deo faenerat.* Et plane faenerat; recipiet enim magna pro modicis et caelestia pro terrenis ab ipso dei filio sempiterno, cuius regnum cum patre et cum spiritu sancto permanet in omnia saecula.

TRACTATVS QVARTVS DECIMVS

DE PROMISSIONE ADVENTVS PARACLITI.

1 Ineffabilis providentia unigeniti filii dei veritatem fidei salutaris, quam pariter excipere humana corda non capiunt,

260 sq. *cf.* Matth. 5, 7 263 sq. *I Tim. 6, 7 264 sq. *Hiob 1, 21 269 *Esai. 62, 11 (?) 274 sq. *Prov. 19, 17

264 Nudus ait sanctus exivi Iob *B* 265 in terram] illuc (= *Vulg.*) *B* 270 et divitiae eius *Ω om. AB* 271 repensor] responsor *Am1* (respensor *m2*) 274 praestiterit *Σ* 275 pauperis *Ω* Et plane faenerat *Ω om. ABa* 278 saecula. Amen *H*

In nullo codice subscriptio legitur.

XIV 1 sq. *Praescribunt autem haec*: IT TRACTATVS DE PROMISSIONE ADVENTVS PARACLITI *A* Incipit de ..... paraclyti *BΣ* (paracliti), *GH* (paracleti)

paulatim dignatur suis aperire discipulis. Nam de unitate divinitatis suae cum patre plurima in superioribus dictis docuerat, sicut proximo tractatu exposui, ostendens in tantum nihil divisionis esse inter patrem et filium, ut etiam sermonem suum, quem loqueretur, suum diceret non esse, nisi patris esset. Dixerat enim: *Et sermo meus, quem* 2 *audistis, meus non est, sed eius, qui me misit, patris.* Quo dicto satis claruit patris contemptores esse universos doctrinam filii unigeniti contemnentes, quoniam, quem suum sermonem dicit filius, hunc suum negat esse, nisi sit patris. Tunc enim filii sermo est, si patris sermo est, quia *omnia, quaecumque habet pater, mea sunt,* inquit. Et alio in loco ad patrem dicit quoniam *Tua omnia mea sunt et mea tua sunt,* per unitatem quippe divinae substantiae, quae nescit aliquid habere suum, quod naturae suae non sit.

Nunc autem subsequens adiungit statim eandem 3 quoque sancti spiritus unitatem credi oportere, dum plenitudinem doctrinae suae per ipsum paraclitum praedicat consummandam dicens: *Haec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem ille spiritus sanctus, quem mittit pater meus in nomine meo, ille vos docebit omnia et admonebit vos omnia, quae ego dixi vobis.* Praenuntiare 4 quidem beatis apostolis eloquio isto dignatus est et suum post incumbentem passionem ad caelos regressum et sancti spiritus super eos de caelis adventum, cum dicit: *Haec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem ille spiritus sanctus, quem mittit pater meus.* Sed neque spiri- 5 tus sanctus in caelo erat solum et in terra non erat, neque

7 sicut proximo tractatu exposui: *qui iam non exstat.* 10 sq. *Ioh. 14, 24 15 sq. Ioh. 16, 15 17 sq. *Ioh. 17, 10 23—26 *Ioh. 14, 25 sq. 29—31 *Ioh. 14, 25 sq.

5 dignatur] dicatur *A* Nam] Iam *G, H (m1)* 8 divisiones *Bm1* 11 auditis *AΣH* 12 patris *om. A, B (post* esse *posuit m2)* 13 contempnentes *ABΣ* 15 si — est *def. in B* 18 || per *A* 22 paraclytum *B* paracletum *Hab* praedicat *codd.* praedicit *ab* 27 beatus *Am1* 31 mittet *BΣH (at vide supra 24)*

filius ita caelos ascensurus erat, ut terras relinqueret, neque pater tantum caelestem thronum possidet, ubi remeare filius et unde sanctus venire spiritus perhibetur. Nam propheta beatissimus huiusmodi confessionem refert ad patrem: *Quo ibo,* inquit, *a spiritu tuo et a facie tua quo vadam? Si ascendero in caelum, tu illic es, si descendero in infernum, ades, si sumpsero pennas meas in directum et habitavero in postrema maris.*

6 *Si sumpsero,* inquit, *pennas meas.* Bene quod pennas suas habet, quibus adsumptis, quocumque desiderat, penetrat. Ceterum qualiter propheta in corpore constitutus vel in caelum ascensurus erat vel in infernum descensurus vel trans ultima maria perrecturus? Quas tamen, quas habet pennas? Alas fidei mens credentis adsumit, ut sublimior a terrenis et totus in spiritu constitutus possit comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit longitudo et latitudo
7 et altitudo et profundum scientiae dei. Istas fidei alas heretici non habentes de deo disputant et per terrena volvuntur et a sublimitate divini intellectus ad caduca atque carnalia deducuntur cogitationum terrestrium pondere praegravati. Nec ad notitiam possunt illius *im*mensae divinitatis accedere, ubi non habet nisi sola mens fidelis accessum, quae adorandae trinitatis unitatem sentit, credit, confitetur ac praedicat et, quoniam digne exprimere non potest, in eo vel maxime gloriatur: *Quo* ergo *ibo,* inquit, *a spiritu tuo et a facie tua quo vadam? Si ascendero in caelum, tu illic es, si descendero in infernum, tu ades; si sumpsero pennas meas in directum et habitavero in postrema maris, etenim illic manus tua tenebit me et deducet me dextera tua.*

37—40 *Ps. 138, 7—9 47—49 *cf.* Eph. 3, 18sq. 57—61 *Ps. 138, 7—10

40 postremo *ab* extrema *DH* 41 meas, etc. *ab* 42 adsumptus *Am1* quocumque] quoque *Bm1* 45 tamen] tandem *ab* 46sq. sublimiora terr. *A*, *Bm1* (a *eras.*) 53 īmēse *Σ* mense *AB* 55 ac] hac *A* 59 tu *AB* (*sed cf. v. 39*) *om.* *Ωab* 60 extremam aris *A* extrema maris *Σ* postrema m. *Bab* (*cf. v. 40*) 61 illuc *ABΣ* illic *scripsi* (*cf. v. 79*)

Indivulsam trinitatis naturam confessio ista signavit. 8
Quo ibo, inquit, *a spiritu tuo?* ipso nempe paraclito, cuius plenitudinem sumentes apostoli promissionem dei fatentur impletam Petri ore testantis: *Hoc est, quod dictum est per Iohel prophetam: In novissimis diebus — dicit dominus — effundam de spiritu meo super omnem carnem. — Et a facie tua quo vadam?* a filio scilicet, qui facies patris est, quoniam pater videtur in filio iuxta ipsius domini sententiam salvatoris, qui obsecranti Philippo: *Domine, ostende nobis patrem et sufficit nobis* ita respondit: *Tanto tempore vobiscum sum et non cognovisti me? Philippe, qui vidit me, vidit et patrem meum. Quomodo tu dicis: ostende nobis patrem? Non credis, quia ego in patre et pater in me?* Ne vero divisus putaretur vel spiritus sanctus a patre, 9
cuius spiritus est, vel filius ab eo crederetur seiunctus, cuius et facies et dextra et sapientia et virtus est, non ait: *Si ascendero in caelum,* 'spiritus tuus illic est' vel 'facies tua et spiritus tuus illic sunt', sed *tu,* inquit, *illic es,* cum filio utique et cum spiritu tuo sancto, quoniam trinitatis adorandae una eademque divinitas semper ubique est.

Sed ut patris et filii et spiritus sancti una traderetur 10
credentibus fides et distincta confessio, propterea pater et filium mittere et spiritum scribitur sanctum, cum neque qui mittit neque qui mittitur deus credi possit, si in quodam loco est et in quodam loco non est. Ipsi filio credamus 11
loquenti, qui veritas est: *Non sum solus,* inquit, *quia pater mecum est.* Et iterum de spiritu sancto: *Si ego,* inquit, *in spiritu dei eicio daemonia.* Et evangelista Lucas: *Iesus*

---

63 Ps. 138, 7 65—67 *Act. 2, 16 sq. (*cf.* Ioel 2, 28) 67 sq. *Ps. 138, 7 70—74 *Ioh. 14, 8—10 77—79 Ps. 138, 8 83 sq. *cf.* Ioh. 14, 24. 26 *al.* 87 sq. *Ioh. 8, 16 88 sq. *Matth. 12, 28 89—91 Luc. 4, 1

---

62 Indivulsam] indiversam *Cm1* indivisam *C in mg., DGH* 63 huius *B* 65 testantes *AB* 72 cognovistis *BΩab* 72 sq. vidit me, videt *A* videt me videt *B* vidit *bis scripsi* 74 me est *ab* 80 tuo *codd. fort. delendum est* 83 patrē *A* pater *Bm2 in ras.*

autem plenus, inquit, *spiritu sancto regressus est ab Iordane.*

12 Cum igitur nusquam desit divinitas trinitatis, dispensatio salutis nostrae est, quod mittens praedicatur et missus. Aliter enim credere mens humana non caperet patrem patrem esse et filium filium et spiritum sanctum spiritum sanctum, nisi distinctionem disceret ex nuncupatione mittentis ac missi. Et rursus unam divinitatem non agnosceret patris et filii et spiritus sancti, nisi missum
13 legeret a mittente nullatenus separari. Nam nec pater — ut praedictum est — missum deseruit filium nec spiritus sanctus, qui dirigendus erat apostolis, umquam patri ac filio defuisse monstratur, ita tamen, ut filius dei tantum fuerit incarnatus. Nam *Verbum caro factum est,* ut legimus, non
14 pater, non spiritus. Quomodo autem istud incarnationis mysterium filius dei salva unitate trinitatis impleverit, illa omnipotentia testis est, qua idem dei filius sic cum corpore suscepti hominis ascendit ad caelos, ut usque ad finem saeculi cum suis discipulis permaneret. *Ecce enim,* inquit, *ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. — Usque ad consummationem saeculi,* inquit, *vobiscum sum,* non solum cum apostolis, sed et cum discipulis utique credentibus universis. Credere itaque nos oportet non aliter esse deum, quam se ipse proprio sermone
15 revelavit esse credendum. Facta quoque eius non debemus rebelli spiritu discutere, sed fideli studio admirari, quoniam *rectus* [*est*] *sermo domini et omnia opera eius in fide.* Si omnia opera in fide, quanto magis istud opus sacratissimae incorporationis eius!

16 Desinamus ergo fide neglecta contumeliosis quaestionibus divinum pulsare mysterium. Nam scrupulositas haesi-

93sq. *cf.* Ioh. 14, 24. 26 103 Ioh. 1, 14 108—110 Matth. 28, 20 116 *Ps. 32, 4

90 inquit *om.* Ω 101 utquam *A* 104 istud *in ras. A* 106 quia *A, Bm1* (i *eras.*) 107 ut] et *A, Bm1* 116 est Ω*ab, om. AB* 116sq. Si — fide *Bm2 in marg.*

tantis intellegentiam factorum dei superflua curiositate non invenit, sed fidem perdit, quam constat esse ducem salutis ac vitae. Quod autem nimia scrupulositas fidem perdat, 17 facile potest ex una specie divinae operationis intellegi: *Dixit deus: Fiat lux et facta est lux.* Et cum non adsequar, qualiter eam creator eius ex nihilo fecerit, nisi credidero tamen et confessus fuero eam factam, mendacem deum sacrilega cunctatione pronuntio. Universa itaque opera eius 18 et praecipuum divinumque opus incarnationis filii dei — sicut scripturae sanctae praedicant — fideli affectu mens debet uniuscuiusque credentis excipere et, quod stabili corde crediderit, fido oris obsequio confiteri: *Corde etenim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.*

Quod vero plenitudinem doctrinae suae per sanctum 19 pollicetur spiritum tribuendam, aequalem suae omnipotentiae eum credi voluit. Non est enim in trinitate dominus et servus, deus et angelus, creator et creatura, sed est aliud idem; aliud persona, idem natura; ac proinde non dii, sed deus, quia divisionem non capit unitas deitatis. Ait denique ibi Christus de sancto spiritu: *Quem mittit* 20 *pater meus in nomine meo,* id est in dei nomine, deum scilicet sicut filium profitendum. Et ideo filius dei de se quidem dicit: *Ego veni in nomine patris mei,* quod et propheta de illo praedixerat et pueri in evangelio laudantes probaverant, dum clamarent: *Benedictus, qui venit in nomine domini.* Recte *in nomine domini,* non in servi, quia deus, non in suo, quia filius; nomen enim patris in filio. De se ergo, inquam, dicit filius: *Ego veni in nomine*

125 Gen. 1, 3 132sq. Rom. 10, 10 134sq. *cf.* Ioh. 14, 26; 16, 13sqq. 140sq. Ioh. 14, 26 143 *Ioh. 5, 43 145sq. Matth. 21, 9 148sq. *Ioh. 5, 43

122 perdet *A, Bm1* 132 etenim] enim *BΩ* 133 ad] in *B* 135 tribuendum *A, Bm1* 138 aliud et idem *Hm1* proinde *B* perinde *ACa* 140 mittit *A, Bm1 D* (*cf. supra v. 24*) mittet *CGH* 143 et per proph. *A* 144 puer *A, Bm1* 146 in *ante gen.* servi *om. ΣH* in nomine servi *ab* *Cf. Tr. III § 23*: in patris mei 147—149 in filio — patris *m2 in mg. B*

patris mei. De sancto autem spiritu dicit: *Quem mittit pater meus in nomine meo.* Et cum baptismi opus in trinitate decerneret celebrandum, non ait 'in nominibus', sed *in*
21 *nomine.* Pater enim deus est et filius deus est et spiritus sanctus deus est, sicut sanctarum scripturarum testimoniis dilectioni vestrae saepius approbavi; ac propterea unum trinitatis est nomen, cuius una virtus atque divinitas permanet in omnia saecula.

TRACTATVS QVINTVS DECIMVS

DE MACHABAEIS MARTYRIBVS. DIE NATALIS EORVM.

1 Si quis vestrum, fratres dilectissimi, fortasse miratur Iudaeos viros supplicia pro legis praecepto perpessos nunc a Christiana plebe inter sanctos martyres honorari, is profecto, si omnem sanctae religionis causam rationemque cognoverit, intelleget probabili ac summo iudicio id fuisse a nostris maioribus constitutum.

2 Iudaei erant isti ante adventum domini salvatoris sub lege tantum vetere conversantes quique cognomentum

---

149 sq. *Ioh. 14, 26 151 sq. Matth. 28, 19
XV 4 *cf.* Cic. Div. in Caecil. 1

XIV 149 mittit *A, Bm1* mittet Ω 153 sanctus *om. A* scripturarum *A* 156 saecula. Amen *Hab*

Solus cod. B habet subscript.: Explicit de promissione adventus paraclyti.

Praescribunt: IT TRACTATVS EIVSDEM DE MACHABEIS MARTYRIBVS DIE NATALIS EORVM *AB* Item tract. .... eorum Ω *Cod. Dublinensis* (= *N*) *incipit*: Explicit passio. Incipit tract. de Machabeis .... eorum.

XV 3 natalis *codd.* natali *ab* 6 is] his *A* 7 causam |||||| *B* 8 intelliget Ω intellegit *ABN* 11 lege] ge *Bm2 s.* veteri *N*Ω

Machabaeorum trahebant ex genere, sicut hodie Aniciorum progenies, vel si qua sunt huiuscemodi nuncupationum vocabula, quae stirpem nobilitatis usurpent ex divitiarum terrestrium cumulo descendentem, cum vera nobilitas non subsistat ex divitiis, sed agnoscatur in moribus. Quanto 3
enim nobiliores isti septem pueri rege Antiocho, quin immo quam clara in istis nobilitas fidei et quam ignobilis in illo ac poenalis nota perfidiae! Isti deum patrem colunt, ille diabolum; isti venerantur legem patriam, ille contra deum rebellans filium se fatetur esse diaboli. Cogebat enim contra 4
praeceptum divinae legis, ut suillas carnes comederent, non dubium quod sacrificio profano pollutas; *coinquinatis enim et infidelibus nihil mundum.* Sed esto — ut quidam 5
volunt — sacrificatae diabolo carnes illae non fuerint, quia hoc ipsa scribentis historia manifestius non deprompsit; attamen gravissimi erat extremique delicti praeceptum divinum vel blandientibus praemiis vel suppliciis cruciantibus temerare.

Praeceperat Iudaeis deus, ne porcum ceteraque illi 6
similia manducarent, et erat hoc duplicis causae, fratres carissimi, sive ut luxuriosus populus flammam carnalium vitiorum calidis carnibus non nutriret — perhibentur enim calorem nimium praestare corporibus — sive ut porcorum more non viverent. Nam sues semper immundi sunt et 7
vel de fonte vel de fluvio exeuntes iterum volvuntur in caenum, nec umquam intuentur caelum, sed prono semper ad terram capite ventri deserviunt. Et idcirco dominus legionem daemonum in gregem permisit ire porcorum, id

---

21—23 *cf.* II Mach. 7, 1 23sq. *Tit. 1, 15 30sq. *cf.* Lev. 11, 3sqq. Deut. 14, 3—8 38sq. *cf.* Matth. 8, 28—32

---

12 trahebant ΩN trahant *A*, *Bm1a* Anitiorum *BG* 17 regi *A* 18 fidei] dei *FG* 26 scribens Ω deprom*sit *B* depromisit *N* 27 delicti *Bm2*, Ω dilectum *A* dilecti *Bm1* 30 illi *om.* Ω 31 munducarent *A* et hoc erat *N* 32 ut *in ras. A* luxuriosis *Bm1* 33 carn*ibus *B* 35 non *om. N*

est in eorum gregem, qui tantum ventris sunt animalia, qui numquam caelestia intuentur, sed immunditiis semper
8 dediti et caeno sunt obliti vitiorum. Salubriter ergo deus vel abstinentiam gulae vel continentiam immundorum actuum imperavit; *lex enim sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum.* Salutaria quippe mandata divina sunt; nam qui fecerit ea homo, vivet in illis.

9 Sed finge nihil noxietatis inesse suillis carnibus nec ullum fomentum illecebris augere corporeis, quoniam sint hodie omnia munda mundis, sanctificata per verbum dei et orationem, praecipientis tamen dei erat potestas et auctoritas cogitanda, qui istud iusserat tunc temporis observari.
10 Nemo enim imperantem dominum aut sine poena sui sacrilegii discutit aut impune contemnit. Nam neque in illa arbore inesse malum potuit, quam inter ceteras arbores paradisi bonus creator plantaverat, cuius fructus ita erat speciosus ac dulcis, ut concupiscentiam praestaret oculis, gulae conciliaret illecebram. Scriptum est enim: *Et vidit mulier fructum ligni, quia gratus est ad aspectum et dulcis ad escam, et*
11 *accepit et manducavit et dedit viro suo.* — Sed si forte dixeris non omne, quod gratum videtur et dulce, bonum quoque esse, quia sint aliqua etiam mala, quae grata videantur
12 et dulcia, cedo, adquiesco, consentio. *Mel* enim *destillat*, ut ait scriptura, *a labiis mulieris meretricis, quae ad tempus impinguat fauces tuas; novissime autem amarius felle invenies et acutius gladio ex utraque parte acuto.* Et certe malum nihil est vel in specie vel in sexu mulieris, sed est utique malum in voluntate peccantis et per intemperantiam concupiscentiae transgredientis a legitimo iure coniugii.

---

44 sq. Rom. 7, 12 46 *cf.* Deut. 4, 1 49 sq. *cf.* Tit. 1, 15; I Tim. 4, 5 57—59 *Gen. 3, 6 62—65 *Prov. 5, 3 sq.

---

43 vel *ante* abstinentiam *om. B* (*videtur esse eras.*) gulae vel continentiam *om. BN* 50 popotestas *A* (po *in fine pag.*) 57 Scribtum *A* 58 ad spectum *N* 62 destillat *A* distillat *BΩN* 63 scribtura *A* (*ita etiam 71*) 64 tuas *BNΩ* (suas *Gm2*) suas *A*

Nam et vini natura cum bona sit, recte tamen damnatur
ebrietas. Audi modo generalem de creatis omnibus divinae 13
scripturae sententiam: *Et vidit deus omnia, quae fecit, et ecce bona valde.* Tamen, quia veritatis ratio postulabat, ut servilis humana condicio legem dei dominantis acciperet proprii arbitrii libertate permissa, unam deus elegit arborem de omnibus lignis paradisi non utique malam, sed in qua esset scientia boni et mali, videlicet in qua servorum suorum oboedientiam pertemptaret, ut libertas arbitrii vel immortalitatis praemium possideret oboediens vel contemnens exciperet mortis interminatae sententiam. Manducavit homo, quia voluit; mandatum non custodivit, quia noluit; morte multatur, quia praeceptum servare potuit et non studuit. Arbor quidem bona et fructus eius bonus, sed praevaricatio mandati mala et contemptus dei malus; atque ita malum non in fetu arboris, sed in voluntate est hominis transgressoris.

Igitur si unius arbusculae fructus contra dei manda- 14
tum temere a protoplastis degustatus mortem generi adquisivit humano, potuit et Machabaeis tunc sub lege positis interitum parare mandati divini transgressio, quibus nunc honorem et gloriam praecepti eius custodia comparavit fidem dei in ipso viriliter constanterque servantibus. Nam fidem dei servat, qui mandati eius iura non violat; quoniam non idcirco illi manducare noluerunt illicita, quod horrorem paterentur in specie, sed contumeliam facere prohibenti deo iustissime formidarunt. *Qui in modico fidelis* 15
est, ait dominus, *et in magno fidelis est.* In magno fuerunt isti fideles, si carnes idolothytas inter supplicia respuerunt;

71 sq. *Gen. 1, 31 74 sq. *cf.* Gen. 2, 9 86—88 *cf.* Gen. 3, 19 95 sq. *Luc. 16, 10

70 modo || *B* 72 ratio] oratio *A* 73 ut *ΣH* et *ABG* 78 sq. contempnens *AB* 87 protoplaustis *A*, *Bm1*, *Σ* 87 sq. adquisit *A*, *Bm1* 92 volat *A* 93 noluerunt *Ω om. ABNa* 96 fuerant *Bm2* 97 idolothitas *C* idolatitas *A* idolotitas *B* ydolothitas *D* 97 sq. respuerant .. fuerant *Bm2*

in parvo fuerunt fideles, si carnes solum prohibitas ne comederent, suas potius devorandas suppliciis tradiderunt.
16 Insignior fides est, quae nec in modicis violatur. Formam tolerantiae praebuerunt isti beatissimi fratres futuris post passionem Christi martyribus, ut intellegant, quanto nisu pro redemptoris nomine dimicare debeant, pro cuius mandato tam pertinaciter ipsi certassent.

17 Nemini absurdum videatur, quod eos paulo ante Aniciis comparavi. Anicii quippe ex Graeco sermone a
18 nobis nuncupantur invicti. Exercuit enim varia supplicio-rum genera in eorum corporibus crudelissimi tyranni feralitas, et cum non valuisset constantiam fidei in sex fratribus atrocitate cruciatuum superare callidus persecutor, in septimo, qui esset iunior, ad blandimentorum sese tormenta convertit, divitiarum praemiis et honorum promissionibus puerum torquens, quem tamen detorquere non potuit. Erat enim fratrum suorum frater et illius filius matris, quae, dum singulos filios pro dei nomine puniri laeta et aspicit et hortatur, tot martyria pertulit, quot pignora consecravit, septies in propriis passa visceribus, octava et ipsa accessit numero, ad octavum resurrectionis Christi diem cum caris pignoribus occursura. Unde non immerito praesumitur ista mater beatissima ecclesiae sanctae imaginem praemonstrasse, quae spiritales deo filios parere consuevit nihil de carne et sanguine cogitantes.

19 Iam vero, si quis a me superioris disputationis reliquias exigat inquirens, cur illi cibi, qui fuerant causa continentiae in lege prohibiti, non etiam nunc eiusdem rei gratia arceantur, breviter, ut sentio, respondebo. Sic

---

107—110 *cf.* II Mach. 7, 3sqq. 110sqq. *cf.* II Mach. 7, 24sqq. 114—117 *cf.* II Mach. 7, 21sqq. 117sq. *cf.* II Mach. 7, 41

---

99 traderent *Bm2, N* 102sq. quanta animi magnitudine et constantia pro *ab* 103 demicare *Bm1* 111 qui *ABGHN* quis *ΣF* quia *ab* 112 honorem *A* 116 quod *A, Bm1* 117 octava *ΩN* octavo *AB* 119 praesumetur *A, Bm1, Σ* 126 respondebo: o *secundum in ras. A*

ablatas fuisse de medio legalium praeceptorum multiplices observantias reor, ut generalia praecepta in statu pristino perdurarent. Diximus pudicitiae servandae causa Iudaico populo abstinentiam vel porcinae carnis vel similium quadrupedum nec non et quorundam volatilium atque piscium fuisse indictam, adhaerentibus licet typis rationabilium figurarum, quas doctor spiritalis propriis quibusque locis singillatim debet exponere; sed quoniam terrenorum mentes perplexitate multiplicium mandatorum onerari potius quam instrui videbantur, indefessa et in hac parte erga humanum genus divina providentia per prophetam promittitur Esaian: *Quoniam verbum breviatum faciet*, inquit, *dominus super terram.* Et idcirco beatus Iacobus cum ceteris apostolis decretum tale constituit in ecclesiis observandum: *Ut abstineatis vos,* inquit, *ab immolatis et a fornicatione et a sanguine*, id est a suffocatis. Praetermiserunt homicidium, adulterium, veneficia, quoniam nec nominari ea in ecclesiis oporteret, quae legibus etiam gentilium punirentur; praetermiserunt quoque illas omnes minutias observationum legalium et sola haec, quae praediximus, custodienda sanxerunt, ne vel sacrificatis diabolo cibis profanemur immundis vel ne emortuo per viscera suffocatorum animalium sanguine polluamur vel ne immunditiis fornicationum corpora nostra, quae templa dei sunt, violemus. Sic ergo permiserunt omnia manducari, ut fornicationem praeciperent fugiendam.

Nostri iam debet esse moderaminis in tantum laxare habenas licentiae, ne praecipites feramur in luxum, sed quoad pudicitia tuta esse possit, quam beatus Paulus sine

129—132 *cf.* Lev. 11, 3sqq. Deut. 14, 3sqq. 138sq. *Rom. 9, 28 (*cf.* Esai. 10, 23) 141sq. *Act. 15, 29 143sq. *cf.* Eph. 5, 3

127 ablata *AB* 135 onorari *Bm1* 138 abbreviatum *ab* 140sq. observandum Ω conservandum *ABN* 142 a *ante abl.* sanguine *om. ABN* 143 adult&rium (= adultetrium) *A* 154 feramus *A*, *Bm1* 155 quoad Ω*N* quo a *A*, *B* (d *s. m2*)

circumcisione gulae sciens custodiri non posse sic ait: *Omnia quidem munda sunt et nihil abiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; sed malum est homini, qui per offensionem manducat*, id est qui offensionem patitur, cum manducat. Et subiecit statim salutare consilium: *Bonum est*, inquit, *non manducare carnem neque bibere vinum neque in quo frater tuus offendit aut scandalizatur aut infirmatur.* Quis ille coniunctior frater quam homo noster exterior? cui ne nostra licentia vel offendiculum vel infirmitatem vel scandalum pariat, utendum est ciborum licentia, non abutendum, ut sciamus nos non edendi causa esse natos, sed esse vivendi. Quapropter imperio animi carnis condicio obsecundet, ne effrenata licentia, ut ait Salomon, servus regnet et stultus saturetur et ancilla eiciat dominam suam, cum lex praecipiat: *Eice ancillam et filium eius, non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Isaac.*

Eiciamus ergo ancillam concupiscentiam et filium eius peccatum, ut efficiamur heredes dei, coheredes autem Christi, qui lignum crucis suae propriis portando humeris imaginem passionis, quam sub umbra legis in sancto Isaac praemonstraverat, in veritate hominis suscepti complevit, pretioso sanguine suo vitam nostram redimens ab aeternae mortis exitio. Ipse est enim nostra redemptio, cui omnis honor, virtus et gloria cum patre et cum spiritu sancto per omnia saecula. Amen.

157—159 *Rom. 14, 20; *I Tim. 4, 4 161—163 *Rom. 14, 21 169 *cf.* Prov. 30, 22sq. 170—172 *Gen. 21, 10 174sq. *cf.* Rom. 8, 17 175 *cf.* Ioh. 19, 17 176sq. *cf.* Gen. 22, 6

---

156 posse] possit *A*, *Bm1* 158 actiõ *A* praecipitur *Bm1* 159sq. id est — manducat *om.* Ω 162 offenditur *ab* 166 vos *Bm1*, *D* 167 esse vivendi] bene vivendi *Hb* animi] aĩ *ΣG* alias *Hm1* 171 eres *AB* (*at cf. 174*)

181 *Finit cod. N.* *Subscriptio cod. B*: EXPLICIT DE MACHABEIS (*in cet. codd. deest subscr.*)

DVO TRACTATVS EXCEPTI (XVI., XVII.).

TRACTATVS SEXTVS DECIMVS,

QVEM PRIMA DIE ORDINATIONIS IPSIVS QVORVNDAM CIVIVM NOTARII EXCEPERVNT.

Imperitiae meae conscius et aetatis ipsius immaturae 1
ad sacerdotii dignitatem pudore deterritus merito silendi licentiam de summis sacerdotibus postulabam. Metuo enim primum, ne virtus verborum caelestium exiguitatis meae sermone tenuetur, deinde erubesco, quod tantae exspectationi optatum doctrinae fructum praestare non valeo.

Unde imparem me vestro per omnia desiderio sentiens 2
onus istud totis viribus conatus sum declinare. Sed beatus pater Ambrosius ceterique venerandi antistites sacramento, quo temere vos ipsos obligastis, adstricti tales ad me epistolas cum vestra legatione miserunt, ut sine damno animae meae ultra iam resistere non valerem, cui ab Orientalibus quoque episcopis, nisi meum ad vos reditum pollicerer, salutaris communio negaretur. Tali igitur conclusus 3

---

1 Duo Tractatus excepti: *hunc titulum posui* (*cf. inscriptiones Tr. XVI. et XVII. et Praef. ad Ben. § 11*)

Inscriptio: INCPT EIVSDEM (*om. B*) TRACT. QVE PRIMA DIE ORDINATIONIS IPSIVS QVORVNDAM CIVIV NOTARII EXCEPER *AB Vide Capitula.* Incipit tract. eiusdem sancti episcopi, quem .... exceperunt Ω

10 virtus] vis *a* 13 inpa*rem (t *eras.*) *A* 20 communione garetur *AΣ*

articulo et auctoritate sanctorum praesentium subiugatus, suscepi hoc summi sacerdotii munus nec merito dignus nec aetate aptabilis nec doctrina maturus. Intuemini ergo, quid patiar, qui cum loqui nesciam, tacere non possum. Cogor enim seniorum praecepto obsequi ultra vires meas nec potestatem silendi habens nec fiduciam proloquendi.

4 Sed spiritalium patrum salutaria esse praecepta divinae legis auctoritate perspiciens audeo in verba prorumpere ac tenuem vestris auribus inferre sermonem; quem idcirco forsitan patienter accipitis, quoniam populo Christi utile videatur oboedientiam, quae et sacrificio divino praeponitur et mandatis dei omnibus antefertur, exemplo di-
5 scere praedicantis. Nam cum populus Hebraeorum post Aegyptia illa portenta ad unius dei notitiam vocaretur, primam didicit oboedientiam tamquam ducem servandorum caelestium mandatorum. Sic enim scriptura testatur: *Audi, Israhel, dominus deus tuus dominus unus est.* Et iterum: *Audi, Israhel, praecepta vitae.* Hoc quod dicitur '*Audi*', non audientiam, ut opinor, simplicem sonat, sed observandae legis oboedientiam praedicat testante rursum domino ac dicente: *Si volueritis et obaudieritis me, quae*
6 *bona sunt terrae, manducabitis.* Quod si secundum beati apostoli Pauli sententiam non auditores, sed factores legis iustificabuntur apud deum, non iam videbitur perfunctoria ista auditio, quae bonorum terrae praemiis honoratur, et non cuiuslibet terrae, sed illius olim promissae, illius fluen-
7 tis lac et mel. Promissionis enim terra Christi caro est, ex massa humani generis de terra formati suscepta ac dulcibus divinae gratiae sucis exuberans, cuius purissimo doctrinae

31 sq. *cf.* I Reg. 15, 22; Hebr. 5, 8 33 sq. *cf.* Ex. c. 7—12 36 sq. *Deut. 6, 4 38 *Deut. 4, 1 41 sq. *Esai. 1, 19 42—44 *cf.* Rom. 2, 13 46 sq. *cf.* Ex. 3, 8

23 aptabilis *AB* habilis *Bm2* aptus *Ωc* 26 fiduciam *ABa* facundiam *Ω* 30 patienter] pitientur *A* 35 primam didicit oboedientiam *om. c* 36 scribtura *A* 41 obaudieritis *AB* 43 *pauli (a *eras.*) *A* 44 pfunctoria *BΣ* prefunctoria *A* 47 promissiones *Bm1*

lacte alimur et nutrimur, cuius caelestium charismatum suavitate reficimur, cuius ubertate credentium corda pinguescunt, cuius bonis oboedientium mentes animaeque fidelium et in hoc et in futuro saeculo saginantur.

Quonam spectat iste tractatus? Nempe ut vestra 8
dilectio evidenter intellegat, quanta vis meam compulerit parvitatem arduis obsecundare praeceptis atque aperire os meum sub tantorum praesentia sacerdotum, et maxime post illam venerandae memoriae patris mei Filastrii eruditissimam vocem, quae per gratiam spiritus sancti large effluens hanc ecclesiam in fide trinitatis adorandae fundavit, in vera spe et caritate perfecta constituit, ad virtutes erexit, in pace reliquit. Haec ad excusationem illius, quae in me reprehendi potuisset, audaciae breviter dixisse sufficiat.

Nunc vero, quoniam sanctarum lectionum puteus altus 9
est et ego hauritorium verbi non habens aquam vivam sitientibus vobis interim ministrare non possum, obsecrabo communem patrem Ambrosium, ut post exiguum rorem sermonis mei ipse inriget corda vestra divinarum mysteriis litterarum. Loquetur enim spiritu sancto, quo plenus est, et flumina de ventre eius fluent aquae vivae et tamquam Petri successor apostoli ipse erit os universorum circumstantium sacerdotum. Nam cum dominus Iesus omnes inter- 10
rogaret apostolos: *Vos autem quem me esse dicitis?* solus Petrus credentium ore respondit: *Tu es Christus, filius dei vivi.* Quid statim muneris accepit ista confessio? beatitudinem scilicet regnique caelestis gloriosissimam potestatem. Solus ergo cum loquitur Petrus, nequaquam reliquorum

---

65—67 *cf.* Ioh. 4, 10sq. 71 *cf.* Ioh. 7, 38 74 Matth. 16, 15 75sq. Matth. 16, 16 76sq. *cf.* Matth. 16, 17—19

---

50 coelesti *c* carismatum *A* 52 boni *A* bonis et *c* 54 Quonam *GH* qnm̄ *A* quo *B* qūo *Σ* 57 tantarum *A* 58 Filastri *B* 65 vero *om.* *Σ* 66 auritorium *A* habeo, unde nec aquam *c* 69 sermones *Bm1Dm1* 75 omnium credentium *ab*

credentium fides excluditur. Sed congruus ordo servatur, dum principi apostolorum primus loquendi locus iure defertur, vel ne tumultus quidam magis quam responsio videretur, si tunc universi certatim ac pariter respondis-
11 sent. Dicat forte aliquis sicut illos tres in camino fideles pueros ita in hoc examine omnes apostolos consona voce debuisse eadem profiteri. Sed considerandum, quia Iudas ille Scariothes, quod corde non crediderat, ore confiteri non poterat et neque beatitudinem merebatur incredulus neque ante diri facinoris perpetratum iusti iudicis poterat sententia praedamnari. Postea denique pro commisso scelere iam Iuda damnato omnes apostoli Christo resurgente Petri claves accipiunt, quin immo cum Petro caelestis regni ab ipso domino claves accipiunt, quando ait illis: *Accipite spiritum sanctum; quorum dimiseritis peccata, dimissa erunt,* et iterum: *Euntes,* inquit, *docete et baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti.* Ianua quippe regni caelorum non nisi hac sacramentorum spiritalium clave reseratur.

12 Precentur modo hi omnes apostolici sacerdotes misericordiam dei patris, *qui suscitavit a terra inopem et de stercore erexit pauperem, ut faceret eum sedere cum principibus* — cum his utique principibus — *populi sui,* ut etiam spiritus sancti virtutem ad ecclesiae suae gubernaculum tenendum mihi minimo omnium largiri dignetur per unigenitum filium suum redemptorem nostrum, cum quo vivit et regnat deus semper in unitate spiritus sancti ante omnia et nunc et semper et in cuncta saecula saeculorum. Amen.

83—85 *cf.* Dan. 3, 23 93 sq. *Ioh. 20, 22 sq. 94 sq. *Matth. 28, 19 99—101 *Ps. 112, 7 sq.

---

86 Scariothes *AΣHc* Scariothis *B* 88 perpetrationem *ab* 91 cum] quam *Bm1* 98 hi omnes] homines *A* 99 dei *om. B* 103 tenendum] continendum *FGc* 105 semper deus *Ω* 107 Amen *om. C*
Subscriptio nulla in codd.

TRACTATVS SEPTIMVS DECIMVS
DIE DEDICATIONIS BASILICAE CONCILII SANCTORVM.
TRACTATVS EXCEPTVS.

Divinis muneribus et caelestibus beneficiis condignas 1
referre gratias pusillitas nostra non praevalet, fratres carissimi. Nam ut venerandas sanctorum reliquias haberemus, deus noster tribuit; deinde, ut hanc honori eorum fundare basilicam valeremus, ipse largitus est; et hodie, ut adepti summorum sacerdotum praesentiam dedicationem celebrare mereamur, ipse concessit. Convenerunt enim 2
sancti antistites et apostolici viri ad persolvendum beatissimis patribus ac praecessoribus suis debitae devotionis obsequium, ut ubertate plenissima benedictionum spiritalium ditaremur, licet importunitas barbarorum maximam partem celebritatis diei hodierno subtraxerit, ne ceteri sancti antistites, quos interfuturos credidimus, advenirent.

Iam qui sunt isti, quorum beatis reliquiis inlustramur, 3
hinc incipiam numerare. Primo in loco Iohannes Baptista est, ultimus quidem sed maximus prophetarum, novissimus tempore, quia omnis *lex et prophetae usque ad Iohannem,* sed merito prior, sed dignitate praestantior, quia ita de illo Christus loquitur ad Iudaeos: *Quid existis in deserto videre? Prophetam? dico vobis et plus quam prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam.* Uno testimonio 4

21 *Matth. 11, 13 23–26 *Matth. 11, 7. 9. 10

1: *Praescribunt*: IT (Incipit *B*) TRACT EIVSDEM EX|||TVS (exceptus *B*) DIE DEDICATIONIS BASILICAE CONCILII SCORVM *AB* Item tractatus ..... sanctorum Ω

7 ut *in ras. A* 10 adepta ... praesentia *Bm2* 12. 17 antestites *A*, *Bm2* 13 praecessoribus *codd.* praeceptoribus *ab* 14 plenissime *Bm1* 16 ne] nec *Bm1* 17 credimus *Bm1* 23 desertum Ω videre in deserto *B* 25 scribtum *A* 26 preparavit *A*

salvatoris beatissimus Iohannes Baptista et angelus et apostolus et propheta praecipuus declaratur. Vere enim dei est angelus, qui praecursor et nuntius Christi est, vere apostolus est, qui missus a deo est; destinatus enim nuncupatur apostolus. *Fuit*, inquit, *homo missus a deo, cui nomen erat Iohannes.* Idcirco autem sanctus ipse propheta dicitur et plus quam propheta, quia Christum et sua et omnium prophetarum voce praedictum digito meruit demonstrare dicens: *Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi.*

5 Post hunc habemus Andream beatissimum, primo Iohannis ipsius discipulum, deinde salvatoris, quem priorem Christus apostolum scribitur elegisse. *Erat*, inquit, *Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierant ab Iohanne: Ecce agnus dei, et secuti erant eum. Invenit hic primum fratrem suum Simonem et dixit ei: Invenimus Messiam — quod est interpretatum Christus. — Et adduxit eum ad Iesum.*

6 Tertius beatus Thomas, qui post resurrectionem Christi solus desideravit solusque obtinuit, ut membra Christi curiosis quidem, sed utique dignis manibus contrectaret. Ardentis siquidem desiderii fuit illud, non incredulitatis, quod condiscipulis suis, qui ipso absente dominum viderant, ait: *Nisi videro et contrectavero, non credam.* Erat enim valde anxius, ne non et oculis frueretur eo, quod corde credebat, ne privaretur aspectu illius lucis, qua se ceteri apo-
7 stoli inluminatos gloriabantur. Satiavit esurientem dominus, cuius manet illa promissio: *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Apparuit secundo apostolis, ut Thomae desiderium adimpleret; profuit cupidi-

31 sq. Ioh. 1, 6 32 sq. *cf.* Matth. 11, 9 35 sq. Ioh. 1, 29 39—44 *Ioh. 1, 40–42 50 *Ioh. 20, 25 53 sq. *cf.* Ioh. 20, 25 54 sq. Matth. 5, 6 55 sq. *cf.* Ioh. 20, 26—29

29 precusorsor (r *s.* u) *A* 40 Symonis *AB* 42 Symonem *AB* 51 eo *om. ABa* 53 esurientem] ergo eum *a*

tas eius et ceteris nec ipse minus aliquid habet, quia posterior Christum videt. Nam detrimenta prioris aspectus visu pariter et attactu compensat; qui utique si iuxta opinionem quorundam infidelis fuisset, Christus illi post resurrectionem suam non fuerat apparere dignatus. Scriptum est enim: *Quoniam invenitur ab his, qui non temptant eum, apparet vero illis, qui fidem habent in ipsum.* Quod autem dixit illi salvator: *Noli esse incredulus, sed fidelis*, et: *Quia vidisti, credidisti; beati, qui non viderunt et crediderunt,* informare in eo voluit omnes postea credituros, ut populus noster Thomae similis, qui absens erat, quando apparuit Christus apostolis, relationi eorum indubitatam fidem commodet nec exigat in carne conspicere, quem testimonio apostolorum post passionem crucis resurrexisse et visum fuisse didicerit. Neque enim postquam regressus ad caelos solis in hoc mundo virtutibus praesens est, debet cottidie pro cuiuscumque voluntate singulis universisque credentibus corporeus apparere. Sufficiat nobis, quod sancti Thomae curiositas ambiguitatis futurae scrupulo satisfecit. Quod enim absens fuit, quod avidius et videre et attrectare dominum perquisivit, totum nostrae procurabatur saluti, ut evidentius nosceremus resurrectionis dominicae veritatem, quam beatus Thomas ob necessariam curiositatem providenter reprehensus adfirmat dicens ei: *Dominus meus et deus meus.* 8 9

Quartus Lucas est evangelista, qui beatos apostolos pari merito subsecutus et Evangelii librum et Actus apostolorum miranda examinatione conscripsit. 10

Horum quattuor beatas habemus in praesenti reliquias, qui regnum dei et iustitiam praedicantes ab incredulis et 11

61—63 *Sap. 1, 2 64 Ioh. 20, 27 64 sq. *Ioh. 20, 29 69 sq. *cf.* Ioh. 20, 25 80 Ioh. 20, 28 85 *cf.* Matth. 6, 33

58 visu *in ras. A* 61 scribtum *A* 64 fidelis] credens *ab* 68 indubitantem *FG* 74 sq. curiositas etiam *a* curiositatem *Bm2* 75 futurae *BΩ* figurae *A* scrupulo satisfecit *Ω* scrupulositas fecit *AB* scrupulositatis finem fecit *a* 82 sq. apostolum *Bm1* 83 miranda] imitanda *a* conscribsit *A*

iniquis occisi deo semper vivere operationum suarum virtutibus demonstrantur. Iohannes in Sebastena urbe provinciae Palaestinae, Thomas apud Indos, Andreas et Lucas apud Patras Achaiae civitatem consummati referuntur.

12 Habemus post istos Gervasium, Protasium atque Nazarium, beatissimos martyres, qui se ante paucos annos apud urbem Mediolanensem sancto sacerdoti Ambrosio revelare dignati sunt, quorum sanguinem tenemus gypso collectum, nihil amplius requirentes; tenemus enim sanguinem, qui testis est passionis.

13 Recepimus etiam sanctos cineres Sisinnii, Martyrii et Alexandri, quos nuper in Anaunia venerandae religionis cultui attentius inhaerentes gens interfecit sacrilega flammisque adhibitis concremavit, ut holocaustum deo ipsi fierent, qui Christianos suos victimas daemoniis ministrare increpatione iustissima vetuissent.

14 Iam quid post istos decem de Quadraginta martyribus dignum loquar, qui se itineri meo, cum per urbes Cappadociae Hierosolymam pergerem, fidos comites praebere
15 dignati sunt? In ipsa enim maxima Cappadociae civitate, quae appellatur Caesarea, ubi habent iidem beatissimi insigne martyrium, repperimus quasdam dei famulas, monasterii sanctarum virginum dignissimas matres, prorsus Mariae et Marthae consimiles, quas merito diligat Iesus, natura, fide et studio et castitatis integritate germanas. Quibus ab avunculo suo summo sacerdote ac beato confessore Basilio olim traditae fuerant horum martyrum venerandae reliquiae, quas desiderio nostro incunctanter ac fideliter tribuerunt, idoneos veneratores tanti nos esse

---

91—93 *cf.* Ambros. Ep. 22, 2 (*ed. Migne XVI.*)

---

90 Prothasium *ΣH* 96 Sisinnii *BDHa* Sisinni *AC* Sisinii *FG* Martyrii *ABFG* martirii *Σ* martyris *Ha* 97 Alexandri ||||||||||| quos *A* Anaunia *AB* Anania *Ω* (Anama *H*) in ara Agarini uni venerandae *a* 99sq. fierent ipsi *B* 103sq. Cappadotiae *A* Chapadocie *Σ* 104 nomites *Am1* 106 idem *codd. a*

muneris approbantes simulque sub testificatione domini confitentes se semper orasse deum nostrum, ut haec tam pretiosa possessio in tales transfunderetur heredes, qui eam consimili fide diligentiaque percolerent, qui studii ac venerationis earum et successores et augmentatores exsisterent, quoniam essent ipsae in annis senilibus constitutae et transmigrationem de hoc mundo suam cottidie exspectarent. Exaudita est ecce fidelis oratio. Venerabiles ipsas martyrum Quadraginta reliquias populis credentibus hodie proponimus percolendas, licet eis ex illo iam tempore celebritas debita numquam defuisse nostri cognoscatur officii praeclaris eorum beneficiis salutariter mancipata. 16

Sed iam quo ordine ad martyrii gloriam pervenerint ipsi beatissimi, breviter enarrabo, quamvis ad prosequendas eorum laudes imparem me esse confitear. Plane habent idoneum suis meritis dignissimumque praeconem beatae recordationis virum, confessorem Basilium, ecclesiae Caesariensis antistitem, cuius eloquentia singularis et sermo apostolico sale conditus paupertatem mei retundit ingenii: Quid enim a me inferri novum potest, quod non ille in eorum laudibus ubertate eloquii sui opulenter effuderit, copiose ornaverit, signanter expresserit? Ingentis quippe difficultatis est easdem virtutes diversis sermonibus praedicare. Aggrediar tamen instituendae dilectionis vestrae causa vel historiam replicare gestorum. 17

Milites erant isti in partibus minoris Armeniae constituti, florentes aetatibus, corporum proceritate sublimes, experientia belligerandi laudabiles, stipendiis militaribus 18

129 sqq. *cf.* Basil. Hom. XIX: De XL martyribus (*Migne, P. G. XXXI 507—526*) 140—143 *cf.* Basil. ib. § 2

115 testificationem *A* 118 percolerent] imitarentur *a* 119 earum] ipsarum *ab* aucmentatores *A* 120 quoniam — constitutae *om. a* 120 sq. quoniam — exspectarent *om. B* 124 percolendas] perpendendas *a* celebratas *A, Bm1* 125 officii nri *B* (*at* nri *del. m2*) 131 sq. saesariensis *A* 132 antestitem *A* 135 eloqui *A* 138 instituendae] instruendae *GH* 139 gestarum *A* 140 Arminiae *Bm1*

virtutum suarum merito honorati et, quod haec omnia supergreditur, Christiani atque ad omnem probitatem morum bono venerandae religionis ornati et spiritalibus
19 armis doctrinae caelestis instructi. Statim denique ubi tuba persecutionis increpuit, fortissimos Christi milites amor fidei praecinxit ad bellum. Nam cum feralia edicta sacrilegi regis proponi a iudicante coepissent, quibus praecipiebatur, ne quisquam vel privatus vel miles Christianum proferre nomen auderet, sed ut omnis populus sacrificare daemoniis cogeretur, sponte prorumpunt in medium, Christianos se esse clarissima voce testantur seque ab hoc salutari cultu nullis terroribus divelli posse pronuntiant.

20 Intuitus constantiam iuvenum terribilis persecutor seposita auctoritate blandis eos hortatur alloquiis, ne vellent hac pertinacia uti, ne erga imperatorem suum contumeliosi exsisterent, ne eius praecepta contemnerent, ne alias devotissimi in hoc facto offensam regis maximam provocarent, a quo magis beneficia et honores pro hac specialiter oboedientia sperare deberent. Indecorum certe bellatoribus viris esse, ut inter ignavos et noxios morte turpissima deperirent. Cogitandum illis esse iuventutis suae florem et iucunditatem lucis huius ac vitae, quam sine respectu
21 ullius rationis imprudentes amittere suaderentur. Talibus auditis Christiani viri meritoque mirabiles venenatas perniciosi hortatoris blanditias non solum constantibus animis respuerunt, verum etiam responsione acerrima confutarunt. Quid tu, aiunt, omnium nequissime, contra deum rebellare ausus famulos eius verbis fallacibus supplantare conaris? Quid nos a cultu dei veri et vivi ad mortua daemonum simulacra inclinare contendis? Quid honorum terrestrium caducis promissionibus et inanium rerum praestigiis animos

146—154 *cf.* Basil. § 3 155 sqq. *cf.* Basil. § 4

151 praeferre *AB* 154 praenuntiant *AB* 156 ortatur *B* vellent *Bm2*, *Ω* velle in *A* 158 contempnerent *AB* 170 subplantare *B* 173 prestrigiis *A*

nostros a vigore fidei caelestis depravare pertemptas? Exsecramur munera, quae detrimentum salutis important, repudiamus honores, qui auferunt illam gloriam sempiternam, reprobamus amicitias regis, quae nos a caritate dei separare desiderant, respuimus et hanc temporalem nostri corporis vitam, quae cum periculo fidei servata animae adquirit interitum, postremo nec suppliciis praesentibus deterremur. Tradimus carnem poenis, quascumque inrogare volueris, ne abnegantes Christum deum ad tormenta perpetua demergamur, quae diabolo et vobis ministris eius sunt ab initio praeparata.

Tunc ille iudex iniquitatis huiusmodi dictis accensus furorem suum, quem paulo ante subtilius explere voluerat, excogitata supplicii novitate geminavit. Perspiciens enim regionis naturam nimiis rigentem frigoribus, tempus etiam, quo maxima hiemis asperitas aquilone flante violentius incumbebat — montes nivibus, pruinis arva tegebantur, liquores agnoscere naturam suam solis ignibus cogebantur, stupebant ingenti glacie torrentium fluminum cursus; stagnum quoque urbi, in qua ista gerebantur, subiacens longe lateque diffusum validissimo gelu durante iter solidum plaustris gementibus commodabat — hac ergo vel loci vel temporis immanitate perspecta sacrilegii gentilis exactor istud supplicii genus sanctis adhiberi imperat, ut nudatis corporibus religati in aperti aëris pruinosa duritia pernoctarent, balneis longe sub conspectu eorum fumantibus, ubi velox remedium victis callidus persecutor animas eorum magis interficere gestiens promittebat. Sed beatissimi martyres spiritu sancto ferventes vestibus suis procul abiectis festini ad stadium properant, coronam tanto cer-

182—184 *cf.* Matth. 25, 41 185sqq. *cf.* Basil. l. c. § 5 (*Migne, l. c. lat. 513 et 516*) 195 plaustris gementibus *cf.* Verg. Aen. XI 138 201sqq. *cf.* Basil. l. c. § 6 (*Migne, ib. lat. 516 sq.*)

176 groriam *A* 180 atquirit *A* 194 longe *om. AB* 198 nud*atis *B* duritie *ab* 200 calidus *A*

tamini propositam caelitus intuentes. Deinde hortatibus mutuis patientiae vires accendunt, gloriam regni caelestis poenis praesentibus praeferunt et hoc inter cetera replicantes, quod qui pro salute regis terreni hostiles gladios formidare contempsimus, cur non pro fide dei ac domini nostri Iesu Christi regis aeterni omnes inrogatos nostro corpori cruciatus aequo animo patiamur, ocius ad aeternae lucis beatitudinem vitamque perpetuam gloriosae mortis compendio transituri? Inter pruinas ardebat fides et caelestes animi desiderio Christi fervebant. Urebat acritudo nimii frigoris liventes rigentium corporum cutes, at occupatae erga dei amorem religiosae mentes amoenitatem paradisi cogitabant. Terebrabantur penetralia viscerum gelu ita, ut medullas ossuum gravissimis cruciatibus internus quidam glacialis tortor urgeret, et animorum virtus immobilis cursus sui metas aspiciens de proxima consummatione gaudebat, fideli tolerantia promissum dei munus exspectans.

26 Sed unus ex eorum numero brevissimi adhuc et iam supremi doloris impatiens rogare miser coepit, ut ad
27 balneas duceretur. Miles interea, cui sollicitudo iniuncta fuerat, ut illud mortis lavacrum victis quibusque reseraret, dum curiosis oculis de loco sublimi agonem virorum spectat insignium rei exitum captans, videt ducem caelestis militiae descendentem cum multitudine angelorum et fortissimis bellatoribus claras vestes atque opima singillatim praemia erogantem, quae solus ille miserabilis, cuius fidem diabolus
28 fregerat, non accepit. Ducitur infelix ad balneas ibique confestim caloris adflatu, quo se animandum crediderat,

222sqq. *cf.* Basil. l. c. § 6 (*Migne, ib. lat. 520*) 227sqq. *cf.* Basil. ib. § 7

204 ortatibus *B* 205 caelistis *B* 207 pro *om. B, sed m2 s.* 214 liventes] lucentes *a b* rigententium *A*, *B m1* (ten *eras.*) 216 tenebrabantur *A m1* 217 ossuum *AB Σ* ossium *cet. codd.* 223 suppremi *AB* 225 quibus quereseraret *A*

exanimatus et vitam perdidit et coronam. Luctuosum facinus gratulatio inopinata subsequitur. Repente eius locum supra dictae visionis admirator invadit, nudat membra optato supplicio, se esse Christianum clamore ingenti congeminat, quem spectaculi illius admirabilis virtus subito ex gentili verum fecerat Christianum. Tenetur continuo 29 professionis suae reus, ligatur volens et secantibus vinculis crudeliter innodatur; perseverat adstrictus, gloriatur in poena, spe divinae remunerationis ecfertur. Crescit inter supplicia fides Christi, augetur inter tormenta dilectio. Nam sensu apostolico testabatur: Me nulla suppliciorum 30 vis, nulla immanitas tormentorum poterit separare a caritate dei, quae est in Christo Iesu domino nostro. In mediis cruciatibus novus martyr sancto spiritu instruente eruditur et proficit, moritur et triumphat. Trinitas adoranda testem suum inter poenas fideliter permanentem martyrio ipso ad vicem baptismi gloriosius et abluit et emundat et ad caelorum regna perducit. Commoritur denique quadragesimus 31 iste sanctus cum sanctis, ut sacer numerus, quem salvator ieiuniis honoraverat, compleretur, sicut ipsi beati martyres orasse memorantur.

Post haec iussi carnifices defunctorum corpora longius 32 transportata ignibus concremare. Relinquebant unum, qui adhuc vivere putabatur. Ne forte mutaret in peius ipsa solitudine voluntatem, ibi eius venerabilis mater, quae talem filium bono sapientiae caelestis lacte nutriverat, cucurrit ad cadaver spirantis filii et propriis eum manibus vehiculo, quo corpora aliorum congesta ad pyram trahebantur, imposuit. Vade, inquit, nate, ista bona via salvus cum

---

244 sq. *cf.* Rom. 8, 39 254 sqq. *cf.* Basil. l. c. § 8 (*Migne, ib. lat. 521*) 257 sqq. *cf.* Basil. l. c. (*Migne, lat. 524*)

---

241 ecfertur $B\Sigma$ haec fertur A 243 apostolica $Bm1$ 246 spiritu sancto B 249 sq. caelorum regna] orū re *in ras.* A 254 iussit ab 256 ne $AB\Sigma$ si ab 260 piram AB 261 inquit |||| A istam bonam viam ab

33 coaetaneis tuis et gloriosus ad dominum. O admirabilis et vere digna martyris mater! quin immo et ipsa iam martyr, quae propriis visceribus non pepercit, dum sua membra pro Christi nomine puniri laetatur in filio.

34 Iam vero nec illud in postrema parte reticemus, quod, cum cineres exustorum corporum mandato persecutoris in fluvium iacerentur, non defuerunt religiosae manus, quae partem reliquiarum vel furto eriperent vel pretio comparare-rent. Hinc et ecclesia Caesariensis exsultat et nostra fraternitas non immerito gloriatur reservatum sibi provi-
35 dentia dei istud salutare munus intellegens. Portionem reliquiarum sumpsimus et nihil nos minus possidere confidimus, dum totos Quadraginta in suis favillis venerantes amplectimur, sicut illa in evangelio fidelis mulier, quae per fimbriam Christi salvata est, oram tenuit vestimenti et virtutem divinitatis exegit, attactu fimbriae medellam credenti fides traxit et salutem, quam praesumpserat, adquisivit.
36 Itaque pars ipsa, quam meruimus, plenitudo est; dividi enim Quadraginta isti martyres ab invicem nullo modo possunt, quorum sunt inseparabiles et indiscretae reliquiae. Nam sicut animas eorum igneus ille spiritus dei salutaris fidei unitate coniunxit — *erat* enim *omnium credentium cor unum et anima una* — ita etiam membra eorum concremans ignis in unum favillae corpus redegit.

37 Habemus ergo et hos Quadraginta et praedictos decem sanctos ex diversis terrarum partibus congregatos, unde hanc ipsam basilicam eorum meritis dedicatam Concilium sanctorum nuncupari oportere decernimus. Dignum est enim, ut ad tantorum martyrum venerandas reliquias processuri ad Concilium sanctorum nos procedere fateamur.
38 Tot igitur iustorum patrocinio adiuvandi tota fide omnique desiderio supplices ad eorum vestigia concurramus, ut ipsis

---

275—278 *cf.* Matth. 9, 20—22; Luc. 8, 43sqq. 283sq. *Act. 4, 32

---

274 suis] sanctis *G* 277 medillam *A* 284sq. concremas *A* 290 ut *Bm2 s. l.* 293 secundum eorum vestigia curramus *ab*

intercedentibus universa, quae poscimus, adipisci mereamur magnificantes Christum deum tanti muneris largitorem, cui omnis honor virtus et gloria cum patre et cum spiritu sancto ante omnia et nunc et semper et in cuncta saecula saeculorum. Amen.

DVAE EXPLANATIONES (TRACTATVS XVIII. ET XIX.).

TRACTATVS DVODEVICESIMVS

RESPONSIO GAVDENTII AD GERMINIVM DE VILICO INIQVITATIS.

SERVO CHRISTI GERMINIO GAVDENTIVS EPISCOPVS.

Sapientem virum semper convenit dicta sapientiae cogitare hisque intellegendis omne acumen ingenii, omnem vigorem mentis intendere. Et idcirco tu, qui et mundanae sapientiae litteris eruditus es et veram dei sapientiam per sacras litteras didicisti, operam navare non desinis ad perquirendos interiores sensus verborum Christi, quem dei 1

XVIII 12sq. *cf.* I Cor. 1, 24

XVII 298 *Subscriptio solius B*: Explicit de concilio scōrum.

XVIII 1 Duae Explanationes: *cf. Prolegomena et infra v. 18.*

4 *Inscribitur Tr. XVIII*: ITE RSPSO EIVSDEM AD GERMANIVM (GERMINIV̄ *Ba* Serminium Ω) DE VILICO (villico Ω) INIQVITATIS *A et cet. codd. Vide Capitula.*

6 Christo *B* 8 hisque] *isque *B* 11 novare *AB*

esse virtutem deique sapientiam docente apostolo non
2 ignoras. Nam inter cetera divinae legis eloquia, quorum dissertionem frequenter exigis, hoc etiam specialiter postulasti, ut parabolam de vilico iniquitatis valde difficilem, cuius nemo nostrum tibi idoneus videretur interpres, ego scriptis propriis explanarem. Explanationem vero ipsam litteris tradi ideo forsitan vis, ut *chi*rographum teneas responsionis meae de capitulo, ut ipse fateris, obscurissimo. Sed non formidabo vel eloqui interrogatus vel etiam scribere pro pusillitate sensus mei salva fidei ratione, quid sentiam. Ac primum, carissime, ipsius lectionis verba ponenda sunt, ita demum ratio est aperienda dictorum.

3 Refert in Evangelii sui libro beatus Lucas: *Dicebat*, inquit, *dominus Iesus ad discipulos suos parabolam: Homo quidam erat dives, qui habebat vilicum et hic delatus est ei quasi dissipans facultates eius. Et vocato eo ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem vilicationis tuae; iam enim non poteris vilicare. Ait autem vilicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert a me vilicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio, quid faciam, ut, cum amotus fuero de vilicatione, recipiant me in domos suas. Et convocans unumquemque debitorem domini sui dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum batos olei. Et dixit illi: Accipe litteras tuas et sedens cito scribe quinquaginta. Deinde alii dixit: Tu vero quantum debes? At ille ait: Centum coros tritici. Ait et illi: Accipe litteras tuas et scribe octoginta. Et laudavit dominus vilicum iniquitatis, quia prudenter fecit; quoniam filii huius saeculi prudentiores quam filii lucis in genera-*

25—51 *Luc. 16, 1—13

---

17 nostrum] vestrum *Pantagathus in mg. L* 18 scribtis *A* 19 chirographum *H* cyrographum *AB* cyrografum *Σ* chyrographum *Ga* 24 ⟨et⟩ ita *fortasse scribendum* 27 delatus *ABab* diffamatus Ω (deffamatus *C*) 36 batos] bados *Bm1* cados (= *Vulg.*) Ω accipe cito *H* 37 alio *B*

tione sua sunt. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut, cum defecerit, recipiant vos in aeterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, et in multo fidelis est, et qui in minimo iniquus est, et in multo iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est, quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Nemo servus potest duobus dominis servire; aut enim unum odiet et alterum diliget, aut unum patietur et alterum contemnet. Non potestis deo servire et mammonae.

Perfecti doctoris est ad erudiendos discipulos simili- 4
tudines earum rerum proponere, quae in conversatione humani generis frequentantur, ut auditor idoneus ad operandi studium comparationis magisterio informetur, nec dubitet hoc opus aggredi, quod possibile ac necessarium parabolae imago monstraverit. Et idcirco dominus Iesus, salutarium mandatorum verus magister, discipulos suos, vel tunc apostolos vel nunc universos credentes, incitare volens ad elemosinas fideliter exercendas, similitudinem proposuit vilici, ut exemplo huius personae nihil esse nostrum in saeculo isto signaret, sed dispensationem nobis creditam facultatum domini nostri vel ad utendum ex eis sufficienter cum gratiarum actione vel ad distribuendum conservis, prout cuique opus esset; nec licere nobis passim facultatibus abuti commissis aut expensas usurpare superfluas, cum sit erogationis ratio domino venienti reddenda.

Denique post finem parabolae sic adiecit: *Et ego vobis* 5
dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut, cum defecerit, recipiant vos in aeterna tabernacula, id est

68—70 *Luc. 16, 9

43 defecerit *codd.* (*cf. § 5, v. 76*) defeceritis *ab* 47 verum] $\overline{\text{vrm}}$ *B* vestrum *a* credet Ω credit *A*, *Bm2* dabit *Bm1* 48 vobis *om. A* (*in fine pag.*) 50 contempnet *A* 51 servire deo *B* 56 ac] hac *A*, *B* (h *eras.*) necessarium esse *ab* 60 exercens *Bm1* 62—64 creditam — gratiarum actione *om. D* 66 in expensas *b* 69 ammicos *A*

amicos vobis pauperes facite de terrenis facultatibus, quas iniquitas humanae avaritiae sibi vindicat, ne hominibus dei ex eius rebus quicquam impertiat. Mammonae enim sermone Syro pecuniae sive divitiae nuncupantur. *Facite ergo vobis*, inquit, *amicos* — pauperes — *de mammona iniquitatis, ut, cum defecerit* — eadem quippe substantia in pauperum necessitates erogata atque consumpta — *recipiant vos in aeterna tabernacula* — iidem videlicet pauperes amici conciliandae salutis, in quibus Christus remunerator aeternus se huius humanitatis fatebitur officia percepisse.
6 Recipient ergo nos non ipsi omnino pauperes per semet ipsos, sed per eum, qui in illis oboedientiae ac fidei nostrae fructu reficitur, suscepturus ministros pietatis huius in aeterna tabernacula regni caelestis. Dicit enim: *Venite, benedicti patris mei, possidete regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi; esurivi enim et dedistis mihi manducare, sitivi et dedistis mihi bibere, peregrinus eram et collegistis me, nudus et cooperuistis me, infirmus et visitastis me, in carcere eram et venistis ad me.* Quibus verecunde ac reverenter excusantibus: Domine, quando te vidimus in his necessitatibus et ministravimus tibi? respondebit dicens: *Amen dico vobis, cum fecistis uni ex minimis istis, mihi*
7 *fecistis.* Nulli itaque absurdum videatur, quod illi nos dicantur suscipere, quorum causa suscipimur, cum et ipse susceptor noster dominus Iesus, qui necessitatibus humanis non subiacet, se in illis esurisse et sitisse et peregrinum et nudum et infirmum et carceratum fuisse perhibeat. *Facite ergo vobis*, ait, *amicos de mammona iniquitatis, ut, cum defecerit, recipiant vos in aeterna tabernacula.*

74—78 *Luc. 16, 9 84—89 *Matth. 25, 34—36 89—91 *cf.* Matth. 25, 37—39 92sq. *Matth. 25, 40 97—99 *Luc. 16, 9

---

73 Mamone *A* Mammone *B* mammona Ω 75 ma*mona *A* (m *eras.*) 76 defeceritis *ab* 77 pauperes *Bm1* 78 idem *codd. a* 80 se] sed *A* 83 in *om. A* 84 dicet *Bm2, H* 86 dedisti *A* 97 incarceratum *Ba* 99 defeceritis *ab*

Et post pauca: *Si in iniquo mammona*, inquit, *fideles* 8
non fuistis, quod verum est, quis credet vobis? Enimvero, dilectissime, quis ei, qui terrenas facultates iniquitati plerumque materiam suggerentes dispensare fideliter nesciat, committendas putet esse veras caelestium rerum divitias, quibus fidelis distributor ac iustus rite meritoque perfruitur? Nam *gloria et divitiae in domo eius et iustitia eius manet in saeculum saeculi.* Statim denique sermo illic 9
dominicus ita coniungit: *Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis?* Profecto enim quidquid in hoc saeculo est, alienum nobis [est], qui retributionem futuram sperantes velut hospites et peregrini in hoc mundo conversari iubemur, ut unusquisque nostrum securus domino audeat confiteri: *Advena ego sum et peregrinus sicut omnes patres mei.* Propria vero credentibus et aeterna 10
possessio est illa caelestis, ubi esse cor et thesaurum nostrum novimus, ubi iam toto affectu mentis per fidem nos habitare praesumimus, quoniam iuxta beati Pauli doctrinam *conversatio nostra in caelis est.* Nostrum est igitur cae- 11
lorum regnum, si pollicenti domino in humilitate cordis ac spiritus mansuetudine serviamus. *Beati* enim *pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Quod utique regnum non potest adipisci omnis, qui in alieno huius saeculi patrimonio temporarie sibi credito idoneus ac fidelis dispensator non fuerit; unde alio in loco dicebat dominus: *Quam difficile, qui pecunias habent, intrabunt in regnum dei.*

Et in fine lectionis huius ait: *Non potestis deo servire* 12
et mamonae. Dei enim Christi servos atque discipulos im-

---

100 sq. Luc. 16, 11 106 sq. Ps. 111, 3 108 sq. Luc. 16, 12 111 sq. *cf.* I Petr. 2, 11 113 sq. Ps. 38, 13 115 sq. *cf.* Matth. 6, 21 118 *Phil. 3, 20 120 sq. Matth. 5, 3 125 sq. *Matth. 19, 23 127 sq. Luc. 16, 13 128 sq. *cf.* Horat. Ep. I 10, 47

---

100 mamona *A* 101 credet Ω credit *AB* (*cf. § 3, v. 47*) 105 sq. perficitur *Bm2* 107 illic *codd.* ille *ab* 108 coniungit *codd.*; *an* coniungitur *scribendum?* 109 quiquid *A* 110 alienum est *Bm2* nobis est Ω esset *AB*

perare oportet pecuniae, non servire, ne, dum cupiditati eius oboedimus, a caritate servitutis dei dominante pecunia
13 separemur. Dispergendae sunt ergo pecuniae indigentibus secundum praeceptum creatoris omnium dei, quoniam neque nostrae sunt neque illas sine iniquitate ac sui pernicie avarus quisquam detinet. Nam iuxta sententiam salvatoris aditum regni caelorum suis retentatoribus intercludunt et *Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum dei*, illum nempe divitem, qui sit ob horrorem turpis avaritiae camelo infirmior.
14 Gravis pecuniarum sarcina est, quae tenacium suorum mentes avaritiae pondere ad terram deprimit nec emergere ad superna caelumque suspicere, ubi vita nostra est, omnino permittit, cum doceat beatus apostolus: *Si conresurrexistis Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera dei sedens, quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.* Quoniam vero arta et angusta via est, quae ducit ad vitam, oneratos divitiarum terrestrium fascibus ingredi per illam non capit. Expeditos quaerit ac tenues omnique continentia castigatos, et, ut ita dixerim, filo gracili similes, qui etiam per foramen illius mysticae acus facile transeant, spiritales effecti.
15 Haec est ratio et utilitas parabolae huius, cui primum, iuxta quod iubetur, parendum est, et ita intellectus secretior, si reperiri valeat, inquirendus est; quia *non in sermone est regnum dei, sed in virtute:* et *non auditores*

136 sq. *Matth. 19, 24 142—147 *Col. 3, 1—4 148 *cf.* Matth. 7, 14 155 sq. I Cor. 4, 20 156 sq. *Rom. 2, 13

130 dei] eius *ab* 133 sq. pernitiae *Am1* 137 divitum *Am1* 138 informior *Bm2, GH* 139 suorum *codd.* sui *ab* 140 *post* deprimit *lacuna in cod. B usque ad*: pateretur XIX 31, v. 237 142 conresurrexistis *A* consurrexistis cum *Ωab* 151 *qui *A* 153 est et ratio *Σ*

tantum, sed factores legis iustificabuntur apud deum, nec aliquis liquido comprehendere interiorem scientiam divini potest eloquii apostolo protestante: *O altitudo divitiarum et sapientiae et scientiae dei! quam imperscrutabilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius! Quis enim cognovit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit?* Et alio in loco, cum de Adam et Eva sacramentum divini sermonis nimium grande sentiret et loqui illud digne non posset, ait: *Mysterium hoc grande est, ego autem dico in Christo et in ecclesia.*

Vis autem nosse, quod ad aeternam vitam non per 16
notitiam secretorum, sed per operum bonorum efficientiam pervenitur? Dominus in evangelio interroganti cuidam diviti sic respondit: *Si vis ad vitam venire, serva mandata.* Quae cum se ille omnia custodisse iactaret, extorqueri tamen ab eo praesens et unum mandatum non potuit, ut misericors esset in pauperes et thesaurum suum transferret ad caelum; nam statim audito hoc sermone abscessit tristis. Nec immerito tristis, quia gaudium caelestis thesauri malo avaritiae possessus possidere non poterat. Profecto *radix* 17
omnium malorum est amor pecuniae, ut ingemescit apostolus, *quam quidam appetentes erraverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis.* Nam perniciosum fidei errorem patitur et inserit se doloribus multis, qui amore terrestrium sicut adulescens iste discedit a Christo, dum mandatum eius subterfugit, dum a conspectu domini tristis ac lugens ad poenas avaris et contemptoribus praeparatas spontanea caecitate deducitur. In sinistra enim parte infructuositatis merito constitutis dicetur: *Discedite a me in ignem aeternum, quem paravit pater meus diabolo et ange-*

159—162 *Rom. 11, 33sq. 165sq. *Eph. 5, 32 170 *Matth. 19, 17 171—174 *cf.* Matth. 19, 18—22 176—179 *I Tim. 6, 10 181 *cf.* Matth. 19, 22 185—188 *Matth. 25, 41. 45

160 et *ante nomen* sapientiae *om.* Ω 164 eloqui Σ 172 ad praesens unum *ab* unicum *D*

lis eius, quia, cum non fecistis misericordiam indigentibus, nec mihi fecistis.

18 Venio nunc ad illud, quod a me tantopere exegisti, et quid super eo sentiam, qua potero brevitate, narrabo nulli praeiudicaturus, qualiter interpretari voluerit, modo ut explanatio eius traditionem fidei apostolicae non infringat. Iniquitatis vilicum diabolum puto esse, qui idcirco ad correptionem generis humani in saeculo isto dimissus est, ut immanitatem crudelissimi huius vilici fugientes ad pietatem dei suppliciter concurramus, cuius misericordia atque virtute contra omnes infestationes eius defensi esse possimus, quandoquidem et ipse vilicus sub potestate constitutus est domini dei, illius vere divitis, qui, sicut docet apostolus, *dives est in omnes* — et super omnes — *qui invocant illum. Omnis enim, qui invocaverit nomen domini, salvus erit.*

19 Dissipat autem diabolus facultatem domini sui, quando in perniciem generis humani grassatur, id est in nostram necem, qui possessio dei sumus, sicut ipse dei filius patris sui dicta per prophetam referendo testatur: *Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae.* Et iterum: *Quoniam Iacob elegit sibi*

20 *dominus et Israhel in possessionem sibi.* Videns ergo deus in tantum daemonis audaciam prorupisse, ut, quos correctionis causa temptare solum permissus fuerat, usurpaverit et necare, comminatur illi expulsionem, ut immanitas eius metu ultionis interminatae frangatur. At ille nequissimus hominum mortem quaestum suum computans aestuat anxius, quod dominus ei et potestatem dominandi ablaturus esset, et, quoniam nec operari bonum vult et petere misericordiam paenitens erubescit, argumentatur, quomodo prae-

200 sq. *Rom. 10, 12 sq. 205—207 Ps. 2, 8 207 sq. Ps. 134, 4 215 sq. *cf.* Luc. 16, 3

189 ad illud *deficit in A* 190 eos ||| sentiam *A* 193 ad *om. A* 193 sq. correctionem *ΣH* 197 defessi *A* 198 sub] sup *A* 210 premissus *Am1* 213 hominem *A*

valeat debitores domini sui — id est peccatorum debitis involutos — non tantum aperto proelio persequi, sed etiam sub obtentu fallacis benivolentiae blanda fraude decipere, quo magis eum in domos suas falsa benignitate seducti recipiant, cum ipso in perpetuum iudicandi. Magnum 21 siquidem suppliciis suis diabolus putat hoc esse remedium, si poenarum socios multos adquirat. Nam callidus hostis adveniente et comminante Christo turbatus excogitavit venenato consilio, qualiter hi etiam, qui illum persequentem fugiebant, cedentem sequantur. Festinat enim novis artibus variisque temptationum generibus supplantare homines, a quorum dominatu in fine saeculi submovendum se penitus esse cognoscit. Nam post adventum Christi duplicato 22 contra hominum genus furore succenditur, *sciens, quia modicum tempus habet*, sicut scriptum de illo est. Debita conservorum suorum, quae in potestate domini sunt, relaxare se falso promittit, dum vanam vel in fide vel in opere peccantibus indulgentiam pollicetur, dum persuadet non imputari ad peccatum ea scelera, quae ipsi etiam, qui committunt, gravia esse crimina non ignorant. Nam confitentur sui debiti quantitatem, cum ex integro obnoxios se esse deo et pro fide contempta et pro opere neglecto negare non possunt. Qui autem reddunt, quae dei sunt, deo, iam debitores non sunt. Nec mireris, si debitorum 23 remissionem taliter mentiatur hominibus, quos hac arte subtilius conatur occidere, qui Christo rerum omnium conditori ausus est regna mundi promittere, sua illa esse impudens adserendo. *Haec omnia mea sunt*, inquit, *et, cui volo, do illa. Tu itaque si procidens adoraveris me, erunt*

220 *cf.* Luc. 16, 4 230sq. *Apoc. 12, 12 232sq. *cf.* Luc. 16, 6sq. 239sq. *cf.* Luc. 20, 25 (Matth. 22, 21; Marc. 12, 17) 244—246 *Luc. 4, 6sq.

219 sub obtentu Ω subtentu *A* (*at cf. Tr. XI 10, v. 85*) sub praetextu *ab* 223sq. ostis *A* 225 venenato] vere nato *A* 231 scribtum *A* 232 re (*in fine versus*) relaxare *A* 243 esse *om. A* 243sq. impudenter *ab*

24 *tua omnia.* O inenarrabilis Christi patientia, quae idcirco temptatorem loqui permittit, ut suscepto homini artem proeliandi atque vincendi in semet ipso demonstraret! O effrenata diaboli mendacis audacia! Deum sentit et contemptat; dominum novit universae creaturae, cui sua esse mundi regna mentitur, et ei se largiturum possessionem crealium pollicetur, per quem creata esse omnia non ignorat. *Ab initio* enim, sicut scriptum est, *homicida fuit diabolus et in veritate non stetit, quia veritas non est in eo.*

25 Sed iam ad ipsas, de quibus quaeritur, species veniamus. Triticum, sicut supra tetigimus, fides Christi est, vitae humanae principium. *Hic est enim panis vivus, qui de caelo descendit et vitam dat huic mundo.* Et iterum dicit ipse:

26 *Qui credit in me, et si mortuus fuerit, vivet.* Oleum vero bona sunt opera, quae non habentes illae quinque virgines fatuae exstinctis animarum suarum lampadibus in tenebris remanserunt a thalamo regni caelestis exclusae. Animas enim nostras non solum virgines esse in fide oportet atque integras, verum etiam totius boni operis oleum portare secum semper in vasis suis, ne ipsae in nobis fidei lampades defectu operum exstinguantur. *Nam sicut caro sine anima, ita fides sine operibus mortua est* secundum Iacobi beati sententiam. Lumen quippe fidei tunc erit iuge atque perpetuum, si adfatim operum bonorum pinguedine animetur.

27 Circumvenit ergo diabolus hominum genus pollicitationibus falsis, ut debitum fidei et operum non agnoscant, donec sententia domini iudicis in inferni carcerem retrudantur usque ad novissimum quadrantem per supplicia exigendi.

---

252 *cf.* Ioh. 1, 3 253sq. *Ioh. 8, 44 256 *cf.* Luc. 16, 7; sicut supra tetigimus *cf.* § 22 257sq. *Ioh. 6, 33 259 *Ioh. 11, 25 260–262 *cf.* Matth. 25, 2sqq. 266sq. *Iac. 2, 26 272sq. *cf.* Matth. 5, 25sq. Luc. 12, 58sq.

---

246 inerrabilis *in ras. A* 249sq. contemptat *A* (*cf. Thes. l. L. IV 656*) temptat Σ 253 scribtum *A* fu*it *A* (sunt? *m1*) 259 etsi] etiamsi *ab* 269 pinguidine *A* 270 pollicitationibus *in ras. A* 271 cognoscant *ab*

Quod autem centum vasa olei, id est operis, persuadet 28
in quinquaginta transcribi et centum coros tritici, id est fidei, cogit in octoginta transferri, occultior ista fraus est multumque subtilis circumventio inimici, dum retractos ab idolatria homines variis perniciosorum dogmatum involvit erroribus summam salutaris fidei minuendo et ab iniquis actibus remotos bonisque operibus insistere cupientes pestifero iactantiae amore supplantat. Nam conatur fidem 29
nostram et opera nostra a centenario numero, perfecto scilicet, et in dextera constituto ad sinistrae partis dolosa compendia depravare, apostolicam fidem sinistro hereticae persuasionis sensu pervertens et merita bonorum operum dexterorumque factorum ad sinistros mores plerumque deducens. Quantos enim diabolus a dexterae partis vigore sinistris monitis in vitia voluptatum carnalium relaxavit! Quantos debita spiritalia religiosis operibus persolvere gestientes a mercede caelesti iniecta gloriae humanae cupiditate privavit, ut dexterae partis praemia promissa non capiant, dum in ipsis bonis operibus non deo, sed hominibus placere festinant. Unde filius dei Christus dominus discipu- 30
los suos monens, ut iustitias et elemosinas et ieiunia et precationes suas non studerent coram hominibus celebrare, ne per vitium iactantiae, quod sinistrae parti deputatur, mercedem dexterae partis amitterent, ait: *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.* Claret ergo, quam venenata prudentia ille iniquitatis vilicus debita religionis officia de dextera parte in sinistra*m* commutet.

Nec illud otiosum est, quod maior numerus deperit 31
domino, cui debitores sumus, ex operibus oleo figuratis quam ex tritico ad vitalis fidei specimen comparato. Minor enim

274—276 *cf.* Luc. 16, 6sq. 293—297 *cf.* Matth. 6, 1sqq. 297sq. Matth. 6, 3 301—303 *cf.* Luc. 16, 6sq.

278 docmatum *A* 290 a *codd., del. Galeardus,* a mercede caelesti illectos gloria humanae cupiditatis *a* humani *A* 298 Claret] clare patet *ab* 300 sinistra *AΣ* 303sq. Minus enim turpis est, qui *a*

turba est, quae a fide recta, quam quae ab operibus congruis diaboli fraude subtrahitur salvatore testante: *Quid mihi dicitis: Domine, domine, et non facitis, quae dico vobis?*

32 Laudat vero dominus non bonitatem, non pietatem, non aequitatem, sed astutiam et callidam prudentiam vilici iniquitatis, quod dolum suum subtili nequitia concinnasset. Laudat autem minaciter simul et prudenter; minaciter quidem, dum ipso iniquitatis vocabulo pessimam diaboli prudentiam damnat, prudenter autem, dum contra argumentorum eius consilia discipulos audientes informat, ut omni cautela atque prudentia tam callido, tam nequiter prudenti
33 inimico repugnent. Ipse enim serpens erat in paradiso prudentior omnibus bestiis, qui protoplastos homines venenato morsu seductionis occidit. Cuius serpentis tortuosa ingenia beatus apostolus deprehendens ait: *Non enim astutias eius ignoramus.* Unde et salvator: *Estote*, inquit, *prudentes sicut serpentes et simplices ut columbae*, quod aliis verbis apostolus Paulus edisserit, cum dicit: *Malitia parvuli*
34 *estote, ut sensibus perfecti sitis.* Prudentes nos esse Christus praecipit, non venenatos, sapientes, non noxios, sed qui veterem peccati tunicam ut coluber deponentes in novum hominem reformemur, caput nostrum, qui Christus est, omni diligentia conservantes et pro eo membra omnia persecutoribus laceranda tradentes, ut fides dei, quae caput vitae ac salutis nostrae est, sana et invulnerata permaneat.

35 Quapropter, dilectissime, imitemur prudentiam vilici huius, non perfidiam; aemulemur astutiam eius, non sectemur nequitiam. Quantum ille in opere iniquitatis suae nocendi peritus est, tantum nos studiis salutaribus eruditi

---

305 sq. *Luc. 6, 46 307 *cf.* Luc. 16, 8 315 sq. *cf.* Gen. 3, 1 318 sq. *II Cor. 2, 11 319 sq. *Matth. 10, 16 321 sq. *I Cor. 14, 20 324—326 *cf.* Eph. 4, 24. 15

---

310 minaciter *in ras. A* 311 ipsa *A* 316 protoplaustos *A, D* (prothopl.) 323 praecepit *ab* 326 in omni *D* 328 vulnerata *A*, in *s. l.*

et omni prudentia instructi atque armati esse debemus: induentes nos ipsos loricam fidei et galeam salutis et gladium spiritus et scutum inexpugnabile aequitatis, in quo possimus, ut hortatur apostolus, *omnia iacula nequissimi ardentia exstinguere,* ne nos incautos suggestionum suarum spiculis ubicumque configat, ne inermes opprimat, ne interficiat dormientes, ne et vigilantes et armatos, si usum belligerandi nesciamus, interimat. Prudentiores enim 36
reperiuntur interdum spiritus immundi, quos filios saeculi, id est tenebrarum filios, dominus nuncupat, quam filii lucis, quos deus, qui lux est, in adoptionem filiorum vocare dignatur per lavacri caelestis sacramenta renatos. Vale, in Christo carissime fili.

TRACTATVS VNDEVICESIMVS

RESPONSIO GAVDENTII AD PAVLVM DIACONVM. DE EO, QVOD DOMINVS IESVS DIXIT APOSTOLIS: *QVIA PATER MAIOR ME EST.*

Ante istum sacri evangelii locum, cuius a me intelle- 1
gentiam fideli studio per litteras exigis, Paule frater, carnis ac spiritus germanitate carissime, plurima Christus filius dei vivi de divinitatis suae una et perfecta cum patre sub-

---

334 *cf.* I Thess. 5, 8 335 *cf.* Eph. 6, 17; Sap. 5, 20 336 sq. *Eph. 6, 16 340—342 *cf.* Luc. 16, 8 343 sq. *cf.* Rom. 8, 23 al.
XIX 4 Ioh. 14, 28

---

335 inexpugnabile Ω et pugnabile *A* 344 sa*cramenta *A* 344 sq. Vale — fili *om. ΣH* carissimi *A* fili* *A* (i *eras.*)
345: *Nulla subscriptio in codd., praescribunt autem:* IT RESPONSIO EIVSDEM AD PAVLVM DIACONVM DE EO QD DNS IESVS DIX APOSTOLIS: QVIA PATER MAIOR ME EST *A et* Ω (responsum *D*). *Cf. Capitula.*
XIX 5 locum] lucum *A m 1*

stantia locutus esse cognoscitur, cum diceret Iudaeis: *Ego et pater unum sumus*, cum sancto Philippo responderet: *Qui me vidit, vidit et patrem* [*meum*], cum beatis apostolis communiter loqueretur: *Credite mihi, quia ego in patre et*
2 *pater in me.* Post haec ergo et istius modi multa, quibus ὁμοούσιον se esse cum patre, id est eiusdem probavit essentiae, nunc aliquid inlaturus, quod robustis in fide mentibus plenitudinem scientiae cumularet, scrupulum dubiis, perfidis fomentum blasphemiae ministraret — quoniam sermo dei positus est in ruinam et in resurrectionem multorum —, praemonuit undecim beatos apostolos simulque fidei eorum vestigia secuturos, ne ad auditionem proferendi sermonis turbelam mens alicuius pateretur. *Non turbetur*, inquit, *cor vestrum neque formidet. Audistis, quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem; quia pater maior me est.*

3 Hanc habent heretici Arriani famosissimam quaestionem, quia filium dei ore sacrilego minorem patre suo esse contendant ipsius testimonium proferentes, quo ait: *Quia pater maior me est. — Excaecavit eos nequitia cordis ipsorum*, ne ex ante latis sermonibus rationem dicti huius agnoscerent vel potius ne veritatem cognitam sequerentur.

4 Duplex est in Christo substantia, una propria, alia nostra iam sua, id est una dei, alia hominis. Filius enim dei, ex quo eum inlibata virgo peperit de spiritu sancto conceptum atque hoc genere nascendi *verbum caro factum est et habitavit in nobis*, idem coepit esse etiam filius hominis, qui in principio erat apud patrem filius dei, utique
5 deus verbum. Exinde per incrementa aetatis creator tem-

---

9 sq. Ioh. 10, 30 11 *Ioh. 14, 9 12 sq. *Ioh. 14, 11 18 *cf.* Luc. 2, 34 21—24 Ioh. 14, 27 sq. 27 sq. Ioh. 14, 28 28 sq. *Sap. 2, 21 34 sq. Ioh. 1, 14 36 sq. *cf.* Ioh. 1, 1 sq.

---

11 vidit, vidit *A* videt, videt Ω meum Ω *om. A* 13 me est *ab* 14 omousion *A* 17 quoniam] quomodo Ω 19 undecem *A* 21 turbelam] scandalum *a* non] ne *ab* 26 quia] qua *ab* patrem *A* 27 quo] quoniam *ab*

porum proficit in virum perfectum testante evangelista: *Puer autem crescebat et confortabatur et implebatur sapientia et gratia dei erat in illo.* Quem profectum nostro profectui profecisse intellegens apostolus Paulus aiebat: *Donec perveniamus*, inquit, *omnes in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi*, quamquam perfecta divinitas, quae, quod erat semper et erit sine fine, nullo eguerit incremento. Omnia ergo, quaecumque in hac duplici substantia constitutus vel locutus est vel fecit vel pertulit Christus, nunc omnipotentem dei naturam, nunc infirmam suscepti hominis demonstrabant.

Nativitas carnis hominem monstrat, deum probat in- 6
usitatus virginis partus. Angustum praesepis cunabulum et obvolutio consueta pannorum humanam signant infantiam, sed angelorum voces deum pastoribus adnuntiant esse, qui natus est. Nam cum diceret eis angelus: '*Nolite timere, ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni plebi, quia natus est vobis hodie salvator, qui est Christus dominus, in civitate David. Et hoc vobis signum: invenietis infantem pannis obvolutum et positum in praesepe*' —, *subito facta est cum angelo multitudo exercitus caelestis laudantium deum et dicentium: Gloria in excelsis deo et in terra pax* [*in*] *hominibus bonae voluntatis.* Deinde 7
Herodes persequitur parvulum, sed stellae obsequentis fulgor magnum declarat deum, quem legati universarum gentium magi suppliciter adorarunt caelesti regi honorificentiam debitam oblatione mysticorum munerum deferentes. Annorum duodecim puer Iesus in templo a parentibus 8

39 sq. *Luc. 2, 40 42 sq. *Eph. 4, 13 50 sq. *cf.* Luc. 2, 7. 12 53—60 *Luc. 2, 10—14 61—64 *cf.* Matth. 2, 1—18 65—67 *cf.* Luc. 2, 42—47

38 profecit Ω 45 duplicis *A* (*in fine versus*) 52 sq. adnuntiantes sequinatus *A*, *similiter* Ω 57 sq. praesepe $A\Sigma G$ praesepi *H* 60 in hominibus *A* in *om.* Ωab 63 adorarunt Ω adorantes *A* 65 apparentibus Ω

anxiis reperitur, sed in verbis eius sapientiam dei doctorum circumsedentium turbae mirantur. Et qui peccatum non fecit nec dolus inventus est in ore eius, ad baptismum Iohannis quasi homo peccator accedit nostra in nostro corpore crimina diluturus, sed ibi statim naturae divinae proprietatem vox patris eius e caelo intonat dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui. Hunc audite.* Ut ad hominem diabolus temptator accedit, sed triumphato diabolo statim succedunt Christo tamquam deo servientium ministeria angelorum. Seditiones furentium Iudaeorum declinat frequenter ut homo, sed legiones daemonum quasi verus deus verbi sui fugat imperio. Supra puteum sedet fatigatus ex itinere quasi homo, sed Samaritanae mulieris occulta reserat quasi deus humanarum mentium perscrutator, et non solum reserat, sed etiam lavacro aquae in aeternam vitam salientis emundat. Emundat autem fideliter supplicantem: *Ab occultis meis munda me, domine*; nam dicit ad eum mulier: *Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam amplius*, ardore videlicet exstincto peccaminum. Esurire, sitire, fatigari, dormire hominis est; sed quinque panibus quinque milia hominum satiare dei est. Et largiri aquam vivam, cuius unus haustus bibenti praestet, ne ultra iam sitiat, sed sit in eo fons aquae salientis in vitam aeternam, non nisi dei est. Et qui labore terreni itineris conficitur velut homo, rursus idem super aquas ambulat quasi deus.

Nam cum discipulos suos iussisset navigare trans fretum, donec ipse dimitteret turbas, abscedentibus turbis

---

67 sq. *cf.* Esai. 53, 9 71 sq. *Matth. 3, 17; 17, 5 73—75 *cf.* Matth. 4, 1—11 75 sq. *cf.* Ioh. 8, 59 al. 76 sq. *cf.* Marc. 5, 1—13; Luc. 8, 27—33 77—81 *cf.* Ioh. 4, 6. 16—18. 14 82 *Ps. 18, 13 83 sq. *Ioh. 4, 15 85 *cf.* Matth. 4, 2; Ioh. 19, 28 sq.; 4, 6 al. 85 sq. *cf.* Ioh. 6, 5—13 86—89 *cf.* Ioh. 4, 10—15 92—98 *cf.* Matth. 14, 22 sqq.

---

66 anxius *A* 69 nostro] suo *ab* 70 sed et *ab* 82 Ab occultis *in ras. A* me domine *codd. a* domine *in script. sacra non exstat* 85 fatigare *Aa* 86 largire *AH* 87 bibendi *ΣF* 92 cum dominus discipulos *ab*

ascendit et oravit in monte[m]. Vespere autem cum iam navicula in medio maris fluctibus iactaretur contrario vento commotis, ipse maiestatis suae virtute subvectus ambulabat super terga aequoris nec plantas gradientis tumens unda tangebat. Periclitantes apostoli quarta vigilia noctis venientem Christum procul aspiciunt. Petrus rogat: *Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas.* At ipse, ne quid fideli negaret desiderio, ait: *Veni. — Et descendens*, inquit, *Petrus de navicula ambulabat super aquas, ut perveniret ad Iesum. Videns vero ventum validum timuit et, cum coepisset mergi, clamavit dicens: Domine, salvum me fac. Et continuo dominus Iesus extendit manum et apprehendit eum dicens illi: Modicae fidei, quare dubitasti?* Dum per 14
terram gradiens fatigationem sentit, homo est; sed idem dum secura potestate per fluctus ambulans Petrum mergentem sublevat, deus est. Simulque hoc in loco et illud Arriani considerent, quod dubiis in fide Christi exitialis quaedam sit parata summersio, nisi per confessionem veram supplices ad eius omnipotentiam convertantur. Alibi quo- 15
que dormisse navigans Christus dominus a sancto evangelista describitur, cum discipuli in extremo tempestatis discrimine constituti suscitaverunt eum dicentes: *Domine, libera nos, perimus*, quando surgens imperavit vento et mari et facta est tranquillitas magna. Dormit ut homo et exsurgens elementis imperat quasi deus. Nam tumentes fluctus verbo compescuit statimque siluit increpata tempestas et ad creatoris sui vocem plana confestim iacuit inflati gurgitis moles.

99sq. *Matth. 14, 28 101—106 *Matth. 14, 29—31 112—117 *cf.* Matth. 8, 24sqq. 115sq. *Matth. 8, 25

---

94 montem *codd.* autem facto *G* 95 mari *Hab* 97sq. undat (vadat *D*) angebat *ΣF* 100 At] ad *A* 101 fideli] fidei Ω 104 dominus Ω 107 sensit *A* 110 consideretnt *A* 111 submersio Ω 120sq. inflatigur gitismoles *A* infanti tur (gur *D*) gitis moles *ΣF* infinita gurgitis m. *H*

16 Sed ne huiusmodi singula recensendo longius a proposito sermone videar evagari, pauca adhuc ex verbis domini nostri Iesu Christi adiciam, ex quibus in ipso et humanae naturae condicionem et divinam perspicias po-
17 testatem. Iudaeis dicit: *Quid me vultis occidere hominem?* Et alibi confitentem Petrum: *Tu es Christus, filius dei vivi*, beatum pronuntiat, quod dignus fuerit, cui hanc fidem deus pater infunderet, verum quippe filium dei se esse hac elocutione confirmans. Et qui dixerat: *Potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem habeo iterum sumendi eam*, rursus ait: *Tristis est anima mea usque ad mortem.*
18 Et idem, qui ait: *Solvite hoc templum et ego in triduum suscitabo illud*, iterum dicit: *Pater, si possibile est, transfer calicem hunc a me.* Ea igitur ratione ipse, qui ex persona dei dixerat: *Ego et pater unum sumus*, ex persona suscepti hominis dicit: *Quia pater maior me est.*

19 Iam vero intellegenti, quae dicta sunt, sequens explanatio apertius declarabit, qua ex causa dicatur istud, quod scribit⟨ur⟩; [quia] nam sic ait: *Quia pater maior me est,* quamvis evidenter liqueat testimoniis supra dictis filium dei sine ullo initio a patre genitum, postquam nasci ex Maria beata dignatus est, et deum esse et hominem, et nunc humilia quaeque secundum carnem vel egisse vel locutum

126 *Ioh. 8, 40 127 Matth. 16, 16 128 sq. *cf.* Matth. 16, 17 130—132 *Ioh. 10, 18 132 Matth. 26, 38 133 sq. *Ioh. 2, 19 134 sq. *Luc. 22, 42; *cf.* Matth. 26, 39 136 Ioh. 10, 30 137 *et* 140 Ioh. 14, 28

122 huiusmodi *in ras. A* singulare censendo *ΣF* 124 ex *om. Ω* 126 *post* potestatem *in Ω sequuntur haec*: Si diligeretis (*§ 31, 243*) — mysteriorum (*§ 35, 287*); *deinde*: Nam quem inclinatum (*§ 43, 346*) — peccatores (*§ 45, 360*); *tum*: ipse secundum naturam (*§ 22, 169*) — Arriani (*§ 24, 184*); *deinde*: quamvis evidenter (*§ 19, 141*) — tribuerat (*§ 22, 169*); *tum*: catholicae fidei (*§ 26, 199*) — substantia (*§ 29, 227 sq.*); *porro*: numquam mysterium (*§ 24, 185*) — confessionem (*§ 26, 199*); *denique*: in paenitentiam (*§ 45, 360*) *usque ad finem tractatus.* 126 Iudaeis — 140 Quia pater maior me est *om. Ω* 139 ducatur *A* 140 scribit quia nam sic ait *A* scribitur, quidnam sit, quod ait *a* 144 vel egisse *Ω* delegisse *A*

fuisse vel passum, nunc immensam sublimitatem naturae dei tam verbis docuisse quam factis mirabilibus approbasse. Tamen distinctionis huius regulam non sequuntur nequissimi Arriani, sed cauponum dolo Iudaicorum miscent aquam vino, id est humana divinis; et ita illam meram atque apostolicam fidem adultera permixtione confundunt deo adscribentes ignorantiam, infirmitatem, metum, impossibilitatem, dubitationem, dolorem, esuriem, sitim, lassitudinem ceterasque hominis passiones; quas filius dei absque detrimento divinitatis suae ita cum homine suscepit atque portavit, ut proprias quidem computaret contumelias, quas patiebatur in carne, divinitas tamen eius vim naturae suae retinens impassibilis permaneret. Unde sanctus apostolus 21
salvo statu incorruptibilitatis divinae dominum maiestatis memorat crucifixum. Enimvero ipsius passio non in divinitatem, quae est impassibilis, sed in eius hominem celebrata pereunti mundo subvenit; huius namque vulnere nos salvi facti sumus. Non quod divinitas eius vulnerari potuerit, sed quia ipse infirmitates nostras susceperit et peccata nostra portaverit ac pro nobis doluerit secundum prophetae doctrinam; neque enim ipse infirmatus est vel ipse peccavit vel ipse dolores crucialium vulnerum sensit. Nam quomodo 22
fieri poterat, ut, qui multiplices aegritudinum morbos praecepti sui potestate curaverat et mortuis iteratam vitam imperio suo tribuerat, ipse secundum naturam divinam fuerit passioni subiectus? Sustinebat ergo ut homo contumelias passionis in carne et operabatur ut deus propria auctoritate virtutes. Unde apostolus ait: *Crucifixus est ex infirmitate,*

157—159 *cf.* II Cor. 13, 4 163—165 *cf.* Esai. 53, 4sq. 172sq. II Cor. 13, 4

147 non sequuntur Ω consequuntur *A* 149 aquam vino Ω aqua vinum *A* aquae vinum *a* (*cf. § 37, 308*) 153 et ceteraque *ΣF* homines *AD* 158 salva *A* magestatis *A* 163 suscepit *AD* 165 peccavit] portavit *FGH* 166 crucialium Ω crucalium *A* crudelium *ab* 169 tribuerat *sequitur* catholicae fidei .. (*199*) Ω fierit *A* 170 passionibus in carne subiectus? *a*

23 *sed vivit ex virtute.* Et hinc est illud, quod cum ad passionem ducitur, tactu dexterae suae novam format aurem Malcho contra patientiae suae propositum Petri ulciscentis gladio amputatam et quod pendens in cruce latroni confitenti paradisum donat et quod in sepulcro positus corpora sanctorum resuscitat et quod resurgens in ea videlicet, qua passus fuerat compositione membrorum, ad apostolos intra unum domicilium congregatos ianuis clausis ingreditur et quod caelos ascendens discipulos fideles non deserit cum ipsis se permansurum usque ad consummationem saeculi pollicendo.

24 Hanc distinctionem si sequerentur heretici Arriani, numquam mysterium vitae nostrae in contumeliam filii dei converterent minorem illum deo patre blasphemis vocibus adserentes, quem vas electionis aequalem patri esse testatur, aperiens omnem illam rationem, pro qua dei filius, idem deus qui et homo, dixerit: *Quia pater maior me est.*

25 *Hoc*, inquit, *sentite in vobis, quod in Christo Iesu, qui in forma dei constitutus rapinam non arbitratus est, quod esset aequalis deo.* Aequalem testatur apostolus, minorem cona-

26 tur adserere Arrius. Arbitrio committitur audientium, cuinam credendum censeant, utrum Paulo apostolo, qui electus a Christo magister gentium velut sapiens architectus fundamentum fidei posuit quique usque ad tertium caelum raptus audivit arcana caelestia, an exsecrabili Arrio, qui principis Constantini temporibus, dum venenato corde

---

173—176 *cf.* Luc. 22, 51; Ioh. 18, 10 176sq. *cf.* Luc. 23, 43 177sq. *cf.* Matth. 27, 52 178sq. *cf.* Luc. 24, 39sq. 179—181 *cf.* Ioh. 20, 19 182sq. *cf.* Matth. 28, 20 189 Ioh. 14, 28 190—192 *Phil. 2, 5sq. 193—202 *cf.* Ambros. De fide I 19, § 123sq. (*Migne*) 195sq. *cf.* I Cor. 3, 10 196sq. *cf.* II Cor. 12, 2sqq.

---

173 virtute |||||| *A* virtute dei (= *Vulg.*) *ab* 174 deducitur *ab* 175 patientiae Ω penitentiae *A* 177 positum *Am1* 180 ganuis *A* 184 *Post* Arriani *in Ω sequitur*: quamvis evidenter (*141*) 185 fili *A* 189 Quia] qua *A* 193 audientum *A* 197 archana *AΣF*

confessionem catholicae fidei simularet, ambiens in amicitiam regis et in gradum presbyterii, unde merito pulsus fuerat, revocari, ad similitudinem Iudae traditoris crepuit medius et effusa sunt omnia viscera eius, ne sub indumento ovis lupus ad pervorandum gregem domini introiret. Huius improbi adsertionem sequentes Arriani exemplum pariter sequentur et mortis. Nos autem, qui apostolicam doctrinam 27 sequimur, ad explanationem supra dictam beatissimi Pauli aures nostrarum mentium fideli commodemus affectu. Sequitur enim: *sed sese exinanivit* — voluntaria scilicet bonitate humiliando se ipsum. Et adicitur: *formam servi suscipiens* — non utique servus effectus — *in similitudine*, inquit, *hominis factus*. Quod enim factum est, in illo vita est, nempe illud, quod in eo secundum carnem factum est, vita nostra est ipso testante: *Ego veni, ut vitam habeant et abundantius habeant*. Dehinc adiecit: *et specie inventus* 28 *ut homo*; nam dei speciem, quanta sit, id est ipsum proprie deum, nemo vidit umquam. Deinde *humiliavit se ipsum, factus*, inquit, *obaudiens usque ad mortem, mortem autem crucis*, spontanea quippe humilitate cum patris voluntate volens crucem pertulit, ut mors eius fieret vita credentium. *Propterea*, inquit, *exaltavit illum deus*. Quem illum? eum 29 scilicet, qui supplicium crucis ac mortis excepit, non singulariter deum, qui semper excelsus est per naturam. *Et donavit illi nomen, quod est super omne nomen*. Nomen super omne nomen deus est; et non utique deo donatur, ut deus sit; nam in principio apud patrem filius deus erat verbum,

201 sq. *cf.* Act. 1, 18 208—211 *Phil. 2, 7 211 sq. *cf.* Ioh. 1, 4. 14 213 sq. Ioh. 10, 10 214 sq. *Phil. 2, 7 215 sq. *cf.* (Epist.) I Ioh. 4, 12 216—218 *Phil. 2, 8 220 *Phil. 2, 9 222 sq. Phil. 2, 9 225 *cf.* Ioh. 1, 1

199 *Post* confessionem *legitur in* Ω: in paenitentiam (*360*) 201 fuerit *Am1* 203 pervorandum *codd.* devorandum *ab* 205 doctrinam] fidem *G* disciplinam *a* fidem et doctrinam *b* 209 sq. suscipitur *Am1* accipiens *FG* 217 obaudiens *A* (*fort. lectio versionis Latinae, qua usus est Gaud.*) obediens Ω

sed homo a filio adsumptus promovetur in deum, ut filius dei, qui semper fuerat, deus esset pariter et cum ea sub-
30 stantia, quam sumpsit ex virgine, totus iterum deus. *Ut in nomine Iesu* — dei quippe et hominis — *omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum et omnis lingua* 230 *confiteatur, quoniam dominus Iesus Christus in gloria dei patris*, id est, ut post passionis mysterium et ascensionis triumphum iam totus dei filius cum id, quod pro nobis esse dignatus est, in gloria dei patris, in divinitate scilicet naturae suae manens ab universis caelestium, terrestrium et 235 infernorum virtutibus adoretur.

31 Prius ergo quam pateretur, priusquam triumphata morte caelos victor ascenderet, priusquam in gloria*m* divinitatis paternae cum tota, qua ex virgine natus fuerat, substantia remearet, priusquam ab omni creatura rationabili 240 caelestium, terrestrium et infernorum agnosceretur atque adoraretur dominus Iesus in gloria dei patris, merito dicebat discipulis: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quod vado ad patrem, quia pater maior me est.* Erat enim minor adhuc in carne natus filius dei, donec in antiquam gloriam 245 suam suscepti hominis materiam collocaret. Et ideo alibi ex persona eius dicit ad patrem: *Pater, glorifica me ea gloria, quam habui apud te, priusquam hic mundus esset,* utique ut gloriam divinitatis, quam deus apud deum patrem filius ante mundi constitutionem semper habuerat, cum tota 250
32 nativitatis corporeae substantia possideret. Propter hoc ita et post resurrectionem suam loquitur quibusdam de hac

---

228—232 *Phil. 2, 10 sq. 243 sq. *Ioh. 14, 28 247 sq. *Ioh. 17, 5

---

227 esse *A* 227 sq. *Post* substantia *in Ω sequuntur*: numquam mysterium (*185*) 228 quam — discipulis (*243*) *om. Ω* girgine *A* 231 Iesus est in gloria *ab* 233 cum id, quod (*cf. Capitula VIII. et IX.*) *Aa* 234 est adsumere *b* 237 sq. priusquam triumphata morte: *ita post lacunam incipit B* 238 gloriam *scripsi*, gloria *ABa* 239 paternae in sinum (*omissis verbis* in gloriam) cum *b* 243 diligeritis *A* quod] quia *Ω* 246 materiam] naturam *ab*

dispensatione haesitantibus: *O insensati*, inquit, *et tardi corde ad credendum in omnibus, quae locuti sunt prophetae! Nonne haec oportuit Christum pati et ita introire in gloriam suam?* Ergo priusquam introiret in gloriam suam, non immerito minorem se esse testatus est, sed in eo loco, ubi rationem passionis et resurrectionis et ascensionis suae propriis insinuabat apostolis, ne tu, Arriane, sententias eius, quas de perfecta divinitatis suae substantia ante passionem locutus est, evacuari posse existimes incredulitatis vernaculae argumento, quo animae tuae salutem perniciosa calliditate interimis.

Sermo Christi, vel cum de divinitate sua docet vel 33
cum de incarnatione loquitur, tota claritate distinctus est. Nam et per prophetas aliter sublimitatem deitatis suae adnuntiat, cum dicit: *Audi, populus meus, et loquor, Israhel, et testificabor tibi, quoniam deus, deus tuus ego sum*, aliter futurae incorporationis suae humilitatem designat, cum dicit: *Ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abiectio plebis.* Et post multa, ut ipsius esse omnem textum prophetiae non dubites: *Diviserunt*, inquit, *sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem*, quod a crucifigentibus factum de vestimentis Christi evangelistae testantur. Nemo itaque fidelium conturbetur, 34
quod minorem se in hoc mundo secundum carnem positus patre suo dixerit filius, qui etiam vermi se ipsum iam tunc per prophet[i]am comparare dignatus est, et hoc quidem non sine ingentis ratione mysterii. Constat enim sine coitu 35
generantis futurae apis vermem nasci, *cuius labores reges*

253—256 *Luc. 24, 25 sq. 267 sq. *Ps. 49, 7 270 sq. Ps. 21, 7 272—274 Ps. 21, 19 274 sq. *cf.* Matth. 27, 35; Luc. 23, 34; Ioh. 19, 23 sq. 279 sq. *cf.* Verg. Georg. IV 198—201 280 sq. LXX *Prov. 6, 8

---

256 Ergo — suam *om.* Ω 257 sedine loco *A* 258 passionis rationem Ω 259 Arrianae *A* 263 interemis *A*, *Bm1* (*at cf. Tr. XVIII. § 35, 340*) 267 Aupopulus *A* populе *ab* 275 evangelista testatur Ω 277 patri *Bm1* 278 prophetiam *ABΣF* prophetam *H*

et mediocres ad sanitatem offerunt, sicut scriptum est. Labores enim passionis Christi, quem velut apem virginem permansurum virgo edidit mater, tam reges a regendo — summi videlicet sacerdotes — quam mediocres quique sequentium, vel ordinis Levitici vel fidelium plebis, in figura corporis eius ac sanguinis pro salubritate vitae communis offerimus et agnitam dulcedinem mysteriorum conscio ore testamur: *Gustate et videte, quoniam suavis est dominus.*

36 Sed vae hereticis, qui id, quod dulce est, amarum conantur adserere ibi aequalitatem subtrahere dei filio gestientes, ubi totus in gloria dei patris manere cognoscitur consummato mysterio passionis. Nam sic ait ad beatos apostolos ascensionis eius gloriam maestis desiderio mentibus audientes: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quod vado ad patrem; quia pater maior me est*, declarans quippe ideo se in utraque substantia dei et hominis post passionem resurrectionemque suam caelos ascensurum, ut is, qui ob incarnationis humilitatem minor se et idcirco patre suo minor videretur in terris, calcato mortis aculeo caelos victor ascendens aequalis patri, sicut semper fuerat, permaneret, et idem, qui semper deus, nunc et homo, iam deus
37 in aeterna patris gloria constitutus sine fine regnaret. Nam qui prius in imagine de aqua vinum fecit, cum diceret beatissimae Mariae: *Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea*, ipse post horam passionis suae veritatem praemissi aenigmatis eatenus consummavit, ut sacrae incarnationis aqua vinum fieret deitatis; quod heretici adul-

---

288 Ps. 33, 9 294sq. *Ioh. 14, 28 304sq. Ioh. 2, 4 307 *cf.* Ioh. 2, 9

---

281 offerunt (= προσφέρονται) *ABΩ* afferunt *ab* (*cf. 287*). *Vide Field, Origenis Hexaplorum . . fragm., Tom. III., p. 320 adnot. 17* 287 afferimus *ab* *Post* mysteriorum *in Ω sequitur*: Nam quem inclinatum (*346*) *omissis*: conscio — confitemur (*v. 345sq.*) 289 qui id] quid *Bm1* 291 ibi totus *A* 293 maestis] maiestatis *ab* 294 diligeritis *A* 297 ascensuram *A* 306 sacrae] sane *ab*

terantes verbum dei adhuc velut aquam vino permiscent, cum totus dominus Iesus, et quod ex deo patre est et quod ex virgine matre est, deus sit unigenitus in gloria dei patris, quoniam quidem deus deminutus non est in homine, sed homo proficit in deum, ut, sicut *Verbum caro factum est et habitavit in nobis*, ita caro deus fieret et habitaret in caelis. Unde consequenter addidit: *Et nunc*, inquit, *dixi* 38 *vobis, antequam fiat, ut, cum factum fuerit, credatis,* id est ideo dixi, si diligeretis me, laetari vos oportere, quod ad patrem pergerem, quia pater maior me est, ut, cum factum fuerit, credatis aequalem. *Cum factum fuerit* quid? — illud utique, cum post passionem meam caelos ascendero, in illa gloria, quam cum patre et apud patrem semper habui, permansurus. Ideo postquam resurrexit a mortuis, quidam 39 dubitantes increpantur ab ipso et audiunt oportuisse haec omnia pati Christum et ita introire in gloriam suam, quam se ante constitutionem mundi semper possedisse testatus est. Quapropter apostolus: *Etsi cognovimus*, inquit, *secun-* 40 *dum carnem Christum, sed nunc iam non novimus.* Est enim deus et homo, utrumque iam deus in dei patris dextera constitutus, *quoniam calix in manu domini vini meri plenus est mixto. Et inclinavit ex hoc in illud, verum tamen faex eius non est exinanita.*

Et quamquam sciam, carissime, psalmi huius textum 41 alio sensu, et quidem rationabili, fuisse a prioribus explanatum, ego tamen pro libertate fidei oportunitatem dictorum secutus traxi ad incarnationis dominicae sacramentum. Nam sic vel inclinatus vel humiliatus est deus in homine, 42 ut permanens deus esse, quod fuerat, hominem, propter

---

312sq. Ioh. 1, 14 314sq. *Ioh. 14, 29 316—318 *cf.* Ioh. 14, 28 318 Ioh. 14, 29 321—323 *cf.* Luc. 24, 25sq. 323—325 *cf.* Ioh. 17, 5 325sq. II Cor. 5, 16 328—330 *Ps. 74, 9

---

312 profecit *Bm2* 316 laetare *B* 326 iam nunc *B* 330 *et* 342 fex *AB* 330 exinanita] exinatiita *A* 334 securus *AB* incarnationes *Bm1* 336 ut *Bm2 s. l.*

quem se humiliaverat, exaltaret, quia ita verbum caro factum est, ut habitaret in nobis, et ita rursus homo in deum conversus est, ut in deum quidem promotam naturae tamen suae substantiam retineret. Atque ideo propheta ait: *Quoniam calix in manu domini vini meri plenus est mixto. Et inclinavit ex hoc in illud, verum tamen faex eius non est*
43 *exinanita.* — *Vini,* inquit, *meri plenus est mixto.* Et mixtum perhibet vinum et illud ipsum merum testatur esse, ut eundem credamus deum, quem pro nobis et hominem confitemur. Nam, quem inclinatum nuntiat, pariter dicit et plenum, ut is, qui se exinanivit formam servi accipiens, plenus deus esse non desinat. Habitavit enim in Christo omnis plenitudo divinitatis corporaliter et *de plenitudine*
44 *eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia.* Hunc vero calicem *bibent,* inquit, *omnes peccatores* [*et*] *terrae.* Recte iuxta hunc intellectum *bibent,* ait, et '*peccatores*' et '*terrae*', quia peccatores caeli ex angelis daemones facti salutis poculum bibere non merentur, terrae autem peccatores contra venena daemonum morbosque vitiorum calicem salutaris accipient et nomen domini invocabunt. *Omnis enim,*
45 *quicumque invocaverit nomen domini, salvus erit.* Ideo vero calix iste peccatoribus bibendus tribuitur, quia *non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Non veni,* inquit, *vocare iustos, sed peccatores in paenitentiam*; tales enim sapientia dei ad istum cratera salutiferae mixtionis invitat, cum sublimi voce hortatur ac dicit: *Quisquis est insipiens,*

---

337 sq. *cf.* Ioh. 1, 14 341—343 *Ps. 74, 9 347 *cf.* Phil. 2, 7 348 sq. *cf.* Col. 2, 9 349 sq. *Ioh. 1, 16 351 Ps. 74, 9 355 sq. *cf.* Ps. 115, 4 356 sq. Rom. 10, 13 358 sq. *Matth. 9, 12 sq. 362—364 *Prov. 9, 4 sq.

---

341 mixto *B* mixti *A* (*at cf. v. 329*) 343 sq. mixti *A, B m 1* 346 Nam quem: *Ω post lacunam iterum incipit* 347 ut *B m 2 s. l.* sese *Ω a b* inanivit *B m 1* (ex *s. m 2*) 351 et *A, delevi* 353 ex *Ω* et *A, B m 1* 356 enim *def. in B* 359 medico *a b* 360 *Post* peccatores *in Ω legitur*: Ipse secundum naturam .. (*169*) 361 cretera *B m 1*

devertat ad me. Et egentibus sensu ait: Venite, edite de meis panibus et bibite vinum, quod miscui vobis. Ob hoc autem invitatur insipiens a sapientia dei, ut fiat sapiens, et peccator, ut convertatur et vivat.

Ad istud poculum divinae misericordiae universi generaliter convocamur: *Omnes enim peccaverunt*, ut ait apostolus, *et egent gloriam dei.* Quod si omnes peccaverunt et egent gloriam dei — maiestatis quippe eius medella —, quos tandem dicimus sanos, quibus medici officium necessarium non sit, nisi forte illos, qui ab ipso iam curati medicina ultra non indigent? Ceterum nemo sanctorum medicina Christi non eguit, cum sanctos eos non nisi fides eius effecerit, sicut scripta testatur epistola Pauli beatissimi ad Hebraeos. Et idcirco gratias referens idem praedicabat apostolus: *Fidelis*, inquit, *sermo et omni acceptione dignus, quoniam Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere; quorum ego sum primus*, ne sibi aliquis de salute propria sine dei Christi munere blandiatur, quando vas electionis priorem se fatetur esse omnium peccatorum.

Quotquot igitur ex peccatoribus congregati bibere fidem Christi meruimus participes altaris effecti et donum chrismatis consecuti, cum voce exsultationis et confessionis dei munera praedicemus dicentes: *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum et poculum tuum inebrians quam praeclarum est*, ut possimus misericordia domini subsequente

---

368sq. Rom. 3, 23 373—376 *cf.* Hebr. 11, 4sqq. 377—379 *I Tim. 1, 15 385—388 *Ps. 22, 5

---

363 divertat *BΩ* 365 invitatur *bis B* fiat] faciat *A* 369 *et* 370 gloria *Bm2*, *Ωab* 370 medela *BΩ* 371 dicemus *Ωab* 372 iam *Bm2 s.* 374sq. efficerit *A*, *Bm1* 375 scribta *A* 377 inquit *om. B* 378 quoniam] quo *Σ* 379 primus ego sum *B* prior *pro* primus *Ω* aliquit *A* 380 blandia*ntur *B* 381 priorem] primum *Bm2* 382 Quodquod *A* 384 charismatis (car. *FH*) *Ω* 387 capud *A* 388 subsequentes *Ω*

habitationem domus eius perpetuam promereri ab ipso dei filio sempiterno, cuius regni non erit finis. 390

⟨*Vale in Christo carissime frater.*⟩

---

389 domus eius. Amen. (*reliquis omissis*) Ω 391 ⟨*Vale — frater*⟩ *supplevi*; *cf. finem Tr. XVIII. Post v.* finis *editores ab addunt haec*: quia vicit mortem et perpetuo regnat in saecula saeculorum. Amen. *Subscribunt*: Expliciunt sermones Benivoli Gaudencii *E* Tractatus Gaudencii ad benivolum episcopum cum sermonibus quibusdam exit feliciter *F* Expliciunt sermones B. Gaudentii ad Benivolum *H Finiunt codices ΣG.* — *In ceteris codd. sequuntur haec*: Dilectissimis fratribus aurelio, alspio .... (= *Epistula Innocentii*) *AB* Homelia Iohannis Chrysostomi *F* Sermo b. Gaudentii .. de vita beati Filastrii praedecessoris sui (= *Tr. XXI.*) *H Confer Prolegomena.*

GAVDENTII

SERMONES DVO

(TRACTATVS XX. ET XXI.),

QVI SEPARATI A CORPORE TRACTATVVM
EIVS AD HANC MEMORIAM PERVENERVNT.

TRACTATVS VICESIMVS

DE PETRO ET PAVLO.

CONSPECTVS LIBRORVM MANVSCRIPTORVM:

O = cod. Pistoriensis 134, saec. XI./XII.
P = cod. Urbinas 504, saec. XV.
Q = cod. Vaticanus 1235, saec. XV.

*d** = editio princeps, Venetiis 1508 (cum s. Zenonis Veronensis sermonibus); *quae cum mihi praesto non fuerit, adnotationes Galeardi profero.*
b = editio Pauli Galeardi (Veterum Brixiae episcoporum opera), Brixiae 1738, a Migneo iterata.

Inscribunt codd.: Sancti Gaudentii Brixiani (Brexiani *Q*) De Petro et Paulo.

Venerabilis antistes Christi, communis autem pater, 1
affectu, quo me proficiscentem detinuit, nunc etiam compulit excusantem, ut iterum dilectionem vestram tractatu mei sermonis alloquerer. Et idcirco aliquid de laudibus beatissimorum apostolorum pro pusillitate sensus mei perstringam, ipsorum tamen, quorum natalis est, praesidio animatus.

Tres intellegimus nativitates humano generi ab aeterna 2
trinitate concessas. Una carnalis est omnium; duae spiritales sunt pro merito fidei singulorum. Prima, qua creamur ex nihilo in substantiam vitae mundanae; secunda, qua regeneramur in baptismo ex iniquitate et erroribus ad iustitiae veritatem; tertia, qua beatissimi martyres ob confessionem nominis Christi per tormenta nascuntur ad regnum. Talis forma praecessit in Christo, qui ex virgine 3
in homine natus in Iordane renascitur, in crucis patibulo pretiosi cruoris sanguine baptizatur. Nam post illud baptisma, quod pro nobis in Iordane susceperat, de passione sua dicit apostolis: *Baptisma habeo baptizari.* Resurrexit enim ex isto baptismo passionis ad vitam termino iam nullo claudendam, remeavit ad regnum, cuius regni non erit finis.

Per huius magistri vestigia gradiuntur fideles discipuli 4
Petrus et Paulus, quorum passionis natalem hodie per uni-

---

19 *Luc. 12, 50 21 *cf.* Luc. 1, 33

---

1 antistes] ante stis *Q* 2 affectum *OP* 3 iterum: ***significatur Tract. nobis ignotus Mediolani habitus (cf. Proleg.)*** tractatum *OP*, *Q* (tractum *m1*) 4 mei *om. d** 6 praesidio] precibus *d** 8 nativitates] humanitates *Pm1* 12 regeneramur ex nihilo in substantiam vitae mundanae, tertia *Q* 16 in homine *om. d*b* Iordanen *Q* renascitur] nascitur *d** 18sq. per passionem suam *d** 20 isto] ipso *d*b*

versum mundum omnes ecclesiae debito honore concelebrant. In hoc enim die apud urbem Romam ambos pro Christi nomine Neronis crudelitas interfecit, domini iustitia
5 coronavit. Petrus crucifigitur verso ad terram capite et in sublime [crucifigeretur ut dominus suus] pedibus elevatis, adserens indignum se, qui ita crucifigeretur ut dominus suus. Paulus gladio capite truncatur. Ambo nobiles, ambo insignes, duo vero mundi lumina, columnae fidei, ecclesiae fundatores, innocentiae magistri, totius sanctitatis et veritatis auctores.

6 Quos tunc digne laudare possumus, si eos divinis testimoniis praedicemus, quibus eos veritas ipsa laudavit. Petro confitenti dominus dicit: *Beatus es, Simon Bariona, quoniam caro et sanguis non revelavit tibi, sed pater meus, qui in caelis est. Et tibi dico, Petre: tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et portae inferi non praevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni*
7 *caelorum*, et cetera. De Paulo quid dicit? *Quoniam vas electionis est*, inquit, *hic mihi, ut portet nomen meum in*
8 *universo mundo.* Super unum fundatur ecclesia, alter pretiosum fidei myrum doctrina sua portat in populo ipse vas electionis effectus. Petrus signis et mirabilibus enitescit, Paulus in doctrina et persecutionibus gloriatur. Petrus erat ante piscator, Paulus persecutor; sed ambo postea facti sunt hominum piscatores. Etenim per totum mare saeculi huius salutaris doctrinae retia tetenderunt. Petrus ambulare iubetur in fluctibus, Paulus in nubibus, dum usque ad ter-

---

27 sqq. *cf.* Hieron. De vir. ill. c. 1 et 5 36—41 * Matth. 16, 17—19 41—43 * Act. 9, 15 44 sq. *cf.* Act. 9, 15 46 *cf.* Rom. 5, 3 49 sq. *cf.* Matth. 14, 29 50 sq. *cf.* II Cor. 12, 2

---

24 sq. celebrant *d** 25 die *om. d** 28 crucifigeretur — suus *OP* 36 Symon *OP* 37 tibi *om. P* 39 inferni *Q* 41 dicam *d*b* 43 univero *Q* 44 myrum *O* murum *Pd** mirum *Q* 45 signis] ignis *O* 47 antea *b* sed] se *Q* 49 salutaris] salvatoris *d** 50 dum usque] divinisque *d**

